


Disputatio de politica catholica



EL COLEGIO DE MEXICO

261.7/D612



3 905 0138994 7

261.7
D612



Biblioteca Daniel Cosío Villegas

Inventario 2007

B E A T I S S I M E P A T E R !

In democratia non omnia quidem sunt apporabanda, at certe ille spiritus laudari debet, quem ipsa nutrit et quo ductus quilibet homo, etiam minimus, sentit se esse partem totius societatis civilis et hujus societatis bonum esse etiam suum personale interesse, problemata vero totius esse suas proprias quaestiones. Absolutissimus solum in os regum posuit dictum: "L'etat c'est moi", in democratia vero illud dicere potest cum jure quodlibet membrum, etiam ultimum. Hoc spiritu ductus in Ecclesia quoque quilibet fidelis aequo jure dicere posset: "L'Eglise c'est moi"! i.e. bonum Ecclesiae est neum proprium bonum quoque. Et hoc apud Ecclesiam multo magis fundatum est, quam apud statum, nam Ecclesia est aliquis organismus vivus, quod de statu minime dici potest. Ecclesia est mysticum corpus Christi et in quolibet vivente organismo bonum totius est etiam singularum cellularum proprium bonum. Ideo victoria et regimen Ecclesiae quoque non solum pontificum negotium et problema esse deberet, sed etiam membrorum Ecclesiae recentissime in baptismo renatorum, eo quoque magis, quia omnes baptisati per characterem baptismalem sacerdotio Christi Domini participes facti sunt, (adhuc magis per sacerdotalem characterem).

Hac consideratione et persuasione motus audeo etiam ego allatum scriptum exsarare et Sanctitati Vestrae proponere. Etsi non sim doctus vel sanotus (immo...), nec propheta supernaturaliter illuminatus, nec auctoritate aliqua doctrinali vel officiali sum vestitus, cum oculos possideo catholice considerantes et sensum ex fide judicantem, quod vidi humiliter communicare vellem.

Video veram et unicam Sponsam Christi, Regis aeterni, quae et ipsa est Regina et Domina gentium, in statu humillimo (ut ita dicam "cinderellico-aschenbrödelico"), detronisatam et famulis suis (i.e. statibus) qua simplicem famulam ad servitendum traditam, et vellem ut Ea tronum Et competentem recuperatum recipiat, i.e. ut veritas catholica super omnes errores vincendo, totam vitam publicam omnium nationum pervadat. Haec victoria Ecclesiae vix aliter obtineri potest, quam institutione ubique terrarum factionibus politicis catholicis, quae communi basi fidei et caritatis catholicae mundum integrum renovare intenderent. Hoc peterem!

1. Doctrinalem praeparationem, ut quilibet fidelis intelligat momentum maximum et necessitatem politicae catholicae. - 2. Organisationem politicam totius populi catholici. - 3. Data occasione et exigente necessitate realisationem militarem dominationis catholicae in Europa et per eam in mundo.

Vix aliquid novi per hoc peto, sed id solum, quod innumeri e populo christiano ex intimo corde exoptant et certe a competente auctoritate saepius etiam scriptis petunt et in suis quotidianis precibus indesinenter repetunt: ut nempe adventat regnum Christi, regnum veritatis, justitiae et caritatis.

Ecclesia fundatur principio auctoritatis. Haec ipsa auctoritas judicat de qualibet re et quaestione. Re tamen et ideas proponere quilibet permissum est. Ideo propono hanc considerationem, cuius realisatio tum Ecclesiae, tum patriae magnum emolumentum afferre posset.

Ad pedes Sanctitatis provolutus et benedictionem petendo Apostolicam trade hunc fascioulum:

Post occupationem Chinae per Communistas, hodie plus quam 60 milliones Catholicorum subsunt regimini Communistae, i.e. septima pars populi catholici athaeistico regimine ducitur. Et cetera pars fidelium fere nihil pro eorum liberatione efficaciter incipit. Praeter quasdam protestationes inefficaces, ad summum precantur pro fratribus oppressis fideles, at nec oratio haec sufficienter funditur, secus jam fructus debuisset habere. Propaganda occidentalis Summo Pontifici attribuit declarationem quandam, juxta quam Sua Sanctitas foedus proposuisset, ut Protestantes, Mahumetani cum Catholicis occidentis communi acie contra Communismum, inimicum communem decertarent; ita circ. 900 milliones hominum unirentur contra unionem bolscevisticam circ. ejusdem numeri. At declaratio talis sensu superiori vix facta fuit: Hoc nempe significaret, quod Ecclesia magna parte suorum fidelium sponte renuntiaret, eos "Communistas" (=athaeistas) esse declarando, et parata esset etiam contra eos pactum cum haereticis, imo et mahumetanis. In massa orientali magna pars hominum, imprimis fidelium, non est bolscevista (=athaeista). Ceteroquin etsi Communismus in theoria Athaeus est gubernia in praxi in Oriente officialiter non athaeismo, sed schismati favent, (nationales ecclesias intendendo,) quod non tantum Mahumetanismum, sed et haeresi multo levius est peccatum. Hoc impedire velle per superius foedus minime est conventus. Ita vix talis declaratio facta est! Ecclesia non potest massam sat magnam fidelium pro hac falsa pace religiosa sacrificare! Ipsa oppressis fidelibus pro posse efficaciter adjuvare intendere deberet, at superior declaratio oppressis minime adjuvat, imo eorum conditionem aggravaret; in occidente vero tantum indifferentismum aleret.

Totalis liberatio Catholicorum a potestate bolscevista vix sine bello erit possibilis unquam, at partialis probabilius fieri posset. Bellum forse primo post septem, imo decem annos forse erumpet. (Anglosaxones vix incipiunt; Russi vero vix amentes sunt capite contra parietem ruere bellum sine sufficienti praeparatione incipere, et ante hoc tempus vix parati erint.)— Usque tunc tamen oppressos in sua acuta conditione hodierna relinquere, durum esset; si Catholici in Occidente eis nollent adiutorium efficax praestare, mererentur, ut et ipsi in similem, imo adriorem conditionem incidant. Ideo deberent tentari fratribus oppressis etiam usque ad hoc tempus adiutorium efficax praestare, quod in concreto dupliciter fieri posset:

1./ Cum minoribus statibus devotis (Hungaria, Rumania, Bulgaria) jam a. 1946 intractata pacta pacis, juxta quae post pactum cum Austria hi status intra 90 dies a Russis evacuarentur. Inde si pax cum Austria contraheretur, hi status omnes a pressione Russiae liberati, libera electione formam rectiminis sibi statuere possent. (In hac electione Transsylvania separatim a Rumania deberet suam sortem decidere.) Haec solutio etiam Catholicis in Jugoslavia magnum levamen adduceret. Ideo deputati catholici in universo mundo deberent per sua gubernia ab UNO exigere, ut pax Austriaca contrahatur, si aliter non posset, etiam pretio agnitionis Chinae Communistae (et traditione Formosae), necnon etiam evacuatione et traditione Berolini occidentalis. (Imo et partis Zonae Britannicae). Germanis in Germania Meridionali magis cordis deberet esse sors Vindobonae, quam Berolini! (etiam quoad tribum propius stant Austriaci eis, quam Porussi). Ante annum et dimidium Russi pro Berolino parati fuissent pacem contrahere cum Austria et hoc non esset magnum pretium pro Centrali Europa.

2./ In ceteris statibus, Polonia et Cehoslovacia, imo et China et Russia (Ucraina+Lituania) adiutorium et levamen portaret; mitigatio sententiae excommunicatoriae contra Communistas. Systema communismi habet etiam puncta probanda, imprimis tendentia solutionem justiore socialem invenire loco Liberalismi deberet approbari. (Prouti ipsum extra Russiam realisatur, non negat de toto jus proprietatis.) Quoad cultum Communismus quidem Athaeus dici potest theoretice, at in praxi officiali guberniorum magis schismaticus est. Hae tendentiae schismaticae vero (saltem ad tempus) impedirentur mitigatione sententiae superioris. Et hoc exigeret conditio fidelium in Oriente. In occidente habetur libertas politica, ideo ingressus in factiones communistas ibi interdicti possunt, sicut et electio deputatorum factionum vel lectio doctorum. At quid in Oriente, ubi talis libertas non datur? Si Catholici in Occidente non possunt fratribus eorum in Occidente adiutorium efficax celeriter afferre, non deberet eis hoc onus supergrave imponi. Imo si in factionibus Communistis quidam catholici conscii supra officia superiora obtinere possent, ii inadvertenter maximum adiutorium causae catholicae afferre possent (praeterquam, quod programma communisticum catholico spiritu realisare possent), praesertim si tempus opportunum adveniret. (Ad modum equi lignei de Trojade)

Eminentissimi Principes Ecclesiae !

Reverendissimi Domini Archiepiscopi !

In V.T. prophetae saepius a Deo mandatum acceperunt, ut regum peccata publice redarguerent, eosque convertendo populi electi vitam publicam (imprimis ab idololatria) purgant. Ita Samuel ad Saul et David, Nathan contra David, Elias iteratim vice contra Achab, Elisaeus ad Jehu, Isaias ad Eszechiam etc. a Deo missi sunt. Summi sacerdotes quoque saepius in "vita politica" populi partem decisivam habuere, imprimis finita captivitate Babilonica et tempore bellorum libertatis per Macchabaeos contra Syros ductorum. - Quod tunc actualiter fecerunt hi nuntii Dei, id hodie in N.T. habitualiter pontificibus Ecclesiae incumbere: ipsi nempe tenentur etiam vitam publicam et politicam populorum sanctificare. Etsi Ecclesia, utpote Christi regnum, quod "non de hoc mundo est", non debet directe de rebus hujus mundi curare, cum tamen aeterna vita in hoc mundo radicetur, ipsa tenetur etiam temporaneas relationes hominum ordinare, non tantum vitam familiarem, sed etiam civilem, imo et internationalem sanotificando. Et ad hoc omnia media adhibere tenetur. Potissimum medium esset institutio factionum politicarum sensus catholici. Et de obligatione hoc medium adhibendi, est sermo in disputatione praesenti.

Tempore ascensus Arianismi S. Hieronimus scripsit effatum: "Orbis gemuit et admiratione statuit, se Arianum esse". Hoc effatum hodie nova forma valeret de vita publica; Mundus evigilando, admiratione statuere posset, se liberalem (et per hoc massonem) esse. Aera liberali nempe ideae massonicae inconscie totam vitam socialem permeabant, inconscie etiam fideles et partim clericos quoque venenabant, imo nec omnes pontifices ab ejus ideis immunes de toto sunt. Si ecclesiastici de libertate preli, conscientiae, educationis loquuntur, non una vice sensu liberali sese exprimunt. Inconscie multi profitentur thesism sectae fundamentalem; de religione causa privata et non Ecclesiae; de catholica fide maximo negotio publico. Proh dolor! tamen orbis hodie nondum gemet poenitentia motus, nam ad conscientiam erroris nondum evigilatus est. Excitari deberet!

Hodie quoque valet Christi Domini effatum de filiis hujus saeculi, qui filiis lucis multo seduliores sunt. (Luc. 16.) Communistae in servitio diaboli per prelum, educationem, propagandam admirandum zelum monstrant. Id quod hi (vel etiam massoni) pro suis infernalibus erroribus faciunt, deberent etiam catholici pro sua divina veritate facere. Ad hoc debet imprimis ubique in mundo conscientia catholica excitari, postea omnes catholici mundi in unica acie uniri, ad mundum in Christo reformandum. Fortissimum et intimum vinculum inter homines non vinculum mere naturale ejusdem originis et nationalitatis constituit, sed fides et gratia illud praestat. Hoc vinculo debet Ecclesia conari suos filios ad invicem ligare et per hoc eos jam in terris beare, ut cum psalmista sentiant et dicant: Ecce quam bonum habitare fratres in unum. - Munus in abyso morali et erroris jacet, vita publica et internationalis falsis vitis graditur, elevetur mundus optimismo catholico ex suo hodierno statu et reducatur in viam rectam.

Fine mundi in iudicio universali omnes animarum pastores non tantum Christo Domino, sed et populo recto rationem debent reddere de sua vilificatione. Populus hic vero certe quaestionem ponet, quam ibi pono: "Cur nos in manibus reliquistis mercenariorum? Cur nos non edoculistis, ut duces nostros juxta intentiones Dei eligamus? Cur non annuntiastis veritates etiam de nostra vita publica, quae maximi erant momenti? Cur nos non utebatur contra omnes Dei inimicos?"

Nos hodie cum Jeremia propheta lamentari possumus: "Patres nostri manducavere uvam acerbam, et dentes nostri obstupuerunt", (31, 29.) ipsi peccavere et nos luitimus lacrimis, sudore et sanguine quoque eorum peccata. Infelix status hodiernus societatis est fructus peccatorum et negligentiarum praeteritarum generationum, etiam clericalium. Ita nos patres nostros de hac re etiam ante tribunal Christi accusare possemus. Ne idem nobis a parte posterorum nostrorum eveniat, satagere deberemus eis patrimonium melius, etiam politicum relinquere: generatio nostra mundum catholicum debet praeparare et eis testari. Hujus mellioris patrimonii et mundi catholici brevis delineationem continet hic fasciculus.

Realisatio projecti opus erit plurium decenniorum (si non saeculi) et de toto sine bello non obtinebitur. Qui hodie via pacifica attingi posset, breviter annuo pag. 19. - Si fieri posset hoc pro mea patria humillime peterem!

DISPUTATIO DE POLITICA CATHOLICA.

(Tentamen necessitatem factionum catholicarum probandi,
neonon constus earum programma et munus determinandi.)

Conspectus rerum:

- Expositio status quaestionis.** 2.
- I. Diversa argumenta ad thesim probandam: 1. Ex fine societatis civilis et ex praeepto summo.- 2. Ex idea status catholica.- 3. Ex erroribus tenerariis systematum politicorum.- 4. Ex peccatis publicis regiminum hodiernorum.- 5. Ex terrestri fine Ecclesiae (arg. historico-missionare).- 6. Ex munere Ecclesiae judiciali.- 7. Ex funestissimis sequelis non politisandi. 3-8.
- II. Programma harum factionum et eorum institutio.- 1. Programma fidei: potestas Catholicis acquirenda; coordinatio legum civilium legibus Dei et Ecclesiae; extinctio haeresium; apostolatus educationis et propagandae publicae; - 2. Programma sociale tum in genere, cum quaedam in specie.- 3. Ubi nam haec factiones instituantur? - in Europa et in America. 9-21.
- III. Status Ecclesiasticus. Gubernium Ecclesiae supernum internationale. Duo puncta minora.- De lingua liturgica nationali. 22-27.
- IV. Catholica Organisatio Mundi Politica. (COMP)- 1. Momentum et munus in genere.- 2. De pace servanda catholica. Tribunal internationale.- 3. Divisio justior internationalis terrae: (Solutioes insufficientes. Catholica doctrina. Crisis possessionum nationalium et legum immigrationis. Emigratio nationalis et non tantum personalis. Evacuatio et migratio obligatoria. Divisio in concreto. Brevis conclusio. Solutio internationalis quaestionis Judaicae. - 4. Conversio mundi catholice ope COMP. Crisis politicae colonialis; protectoratus catholici super populos infideles. Lex coelibatus mitiganda in bonum fidei. Bella crucifera. 28-46
- V. Ideae de instanti victoria Ecclesiae et de regno millenari Christi. (Argumenta pro Ecclesiae victoria. Duratio hujus aetatis aureae. Antichristus ante millenare regnum vivens.) 47-52.
- Petitio occasione anni jubilaei: instituantur ubique haec factiones.

Fasciculus separatus de solutione in Alvo Danubiano: de suscitatione regni S. Stephani.- Brevis conspectus historise Hungarise.- Quaestio minoritatum nationalium in Hungaria antiqua.- Crisis solutionis a. 1919.- Duae accusationes refutatae (de oppressione nationalitatum in Hungaria et de responsibilitate bellica Hungariae).- Solutio vera: restitutio in integrum.

Status quaestionis:

Saepenumero auditur et legitur: Ecclesiae qua tali non competit jus politicam facere, personis ecclesiasticis non licet "politizare", illis ad summum qua personis privatis est fas in vita politica tenere quidquid eis placeat, et ipsi quoque possunt pro lubitu cuilibet factioni politicae (saltem non damnatae) nomen dare.- At haec omnia vix non falsa sunt: Principium superius annuntiatum est consecrarium remotum doctrinae lutheranae de suprema potestate civilis super ecclesiasticam et de omnimoda independentia illius ab hac: Ecclesia non potuit juxta Luther judex esse in rebus temporariis politicis, sed de toto acceptare debuit quidquid in his quaestionibus principes statuerunt; immo etiam in propriis rebus Ecclesia de toto a voluntate pendebat absoluta regentum: jura confessionum non a Dei, sed a principum voluntate derivabantur. (Ex hoc principio ortus est absolutismus.) Hodie vero voluntas majoritatis Ecclesiae jura determinare intendit.- Si Ecclesia non haberet jura nativa (in res spirituales directa et exclusiva, in res temporarias indirecta quidem, at primaria), quae ipsa etiam contra voluntatem principum et majoritatis tueri tenetur, valeret superiora; at cum ipsa a Christo Domino jura inalienabilia accepit, superius dicta ut falsa relicienda sunt. Ideo status thesim: Ecclesiae non tantum jus competit officialem quoque politicam exercendi, sed etiam obligatio incumbit hoc faciendi. Immo duces populorum catholici (tum laici, tum pontifices), obligati essent etiam factiones catholicas instituendi, tales nempe, quarum non tantum membra (deputati) fideles catholici probi et in fide conscii sint, sed quarum integrum programma principiis catholicis fundatur. In casu vero, si haec factiones institutae sunt, non tantum personis ecclesiasticis, sed omnibus quoque fidelibus incumberet in conscientia obligatio tantum has factiones votis suis adjuvandi.-

I. Septem argumenta ad thesīm probandam,

1. Ex fine societatis civilis et ex summo praecepto: - Finis societatis civilis est: prosperitatem temporalem, pacem et felicitatem terrestrem suorum civium promoveri, brevi: eos in terris beare in quantum fieri potest. At felicitas tum temporalis, tum aeterna hominum absolute impossibilis est sine caritate. Regnum beatitudinis verae et caritatis aeternae est quidem coelum, at quo magis societas quaedam suos cives beare intendit, eo magis debet huic ideali regno appropinquare. Ideo, si status subditos suos vere felicitare ac beare intendit, non potest sola iustitia contentus esse, sed pro fundamento vitae communis caritatem debet ponere. Eo quoque magis tenetur hoc facere, quia caritas non est tantum consilium, sed verum et grave praeceptum, immo primum et maximum praeceptum, quod (saltem in quantum negativum est: nihil facias, quod caritatem laedit!) ab hominibus tum personaliter, tum corporative omni momento observari debet. Ideo etiam status tenetur hoc praeceptum implere ac ejus impletionem apud cives urgere.

Hoc tamen non nisi fideles prohi clare videre et sincere realisare possunt, a-catholici, cum partim caeci sunt et eis gratiae abundantiores desunt, nec cognoscere, nec implere possunt veritatem hanc. Ideo etiam temporale bonum statuum exigeret, ut rerum publicarum gubernium catholicis manibus tradatur, quod sine factionum catholicarum actione vix unquam eveniet. - Aliis verbis: Pax politica tum interna, tum externa statuum tunc solum vera et permanens esse potest, et internae paci animarum fundatur, i.e. si ex unitate spirituum in veritate et cordium in caritate pullulat. Pax et bonum inde statuum non tantum iustitiae opus, sed et veritatis ac praesertim caritatis fructus est. Cum vera caritas non nisi ex radice fidei verae efflorescit, basis politicae quoque fides catholica esse deberet.

.Sensus fidei pro pacifica cohabitatione hominum in statibus et in mundo univervo duplicem considerationem proximorum praestat: Omnes homines cujuscunque speciei, nationis vel classis socialis sunt ejusdem naturae, sunt rationales creaturae unius omnipotentis Creatoris et ideo servi ejusdem absoluti Domini, qui invicem ut conservari considerare debent. Haec est naturalis consideratio, quam fides quidem confirmat, at sola ratio quoque detegere valet et quae pro primo fundamento servit in relationibus inter omnes homines. - At nec statui, nec integrae societati humanae licet in praesenti ordine gratiae restitutae hominem tantum hoc modo considerare: Nunc homo vel est jam Dei filius adoptivus, vel saltem vocatus est, ut hoc fiat. Ideo nunc omnes homines unam familiam constituunt Patris coelestis et ad invicem sunt (vel saltem deberent esse) fratres, quorum suprema obligatio caritas est supernaturalis. - Cum haec fraternitas in divina gratia fundatur, statui non est fas evolutionem vitae gratiae subditorum impedire, sed eam e contra etiam positive promovere tenetur. Ideo status integram vitam communem super hanc considerationem construere teneretur, tum ad intra, tum ad extra. Inter proprios subditos hunc sensum fraternitatis supernaturalis alere deberet (imprimis educatione et mediis propagandae), ac ejus impletionem legibus, sanctionibus ac institutionibus urgere. Iustitiam docere et jus dicere potuit etiam Paganismus Romanus, ac potest hodie status liberalis, immo et athaesta, catholici hoc contenti esse non possunt, sed eorum status caritate debent fundari. (Iustitia quaedam potest dari in inferno quoque, Catholicis non licet in terris solo inferno contenti esse!) Tota vita publica, tum politica, tum oeconomica et socialis ideo caritatis praecepto dirigi deberet, fraternitas divina deberet pervadere omnes relationes civium tum ad intra, tum ad extra. Et tamen in vita publica statuum tam parum de ea loquuntur, ac si Christus Dominus nunquam vixisset et hoc primum praeceptum docuisset ac exegisset.

Haec fraternitas universalis non nisi in doctrina catholica est vere fundata et solum in cultu catholico abundanter scaturit. Ubi non agnoscitur Pater coelestis communis omnium hominum, ibi vera fraternitas humana haberi non potest. Ideo societas super basin athaestam fundata homines unire impar est: tunc homines non sunt nisi scerva brutorum super praedam (-bona terrae) sese invicem mordentium. - At nec in doctrina protestantica de divina fraternitate vere loqui potest: Dum Ecclesia in doctrina de justificatione hominum veram internam renovationem animae tuetur et hominem per gratiam sanctificantem interne nobilitari, deificari et vere filium coelestis Patris fieri affirmat, in errore protestantico interna justificatio et vera divina regeneratio ac filiatio dari non potest. In doctrina protestantica illud S. Johannis: "filii Dei non tantum nominamur, sed et sumus" (I.3,1.), convertitur: "non sumus vere, sed nominamur tantum filii Dei". Etsi Protestantes hoc expresse docere non audeant. Iuxta ipsos tamen homo manet revera filius (vel melius dici potest: servus) diaboli et Dei filius consideratur tantum. Ita magis de satanica, quam de divina fraternitate hominum in eorum doctrina loqui deberemus. - Hoc multo magis cum jure dici potest de secta massonica, cujus doctrinae "dogmata" legislatione liberalistica codificabantur: haec fere expresse evolvit id, quod Protestantismus implicite et in semine docuit: Deo in vitam publicam et societatem hominum nullum jus agnoscere vult (praesertim revelationem obligatoriam rejicit), inter homines vero spargit spiritum superbiae, egoismi personalis ac fovet natiolatiam.

Fraternitas catholica vero est vinculum intimum et fortissimum supernaturale animarum in vero corpore mystico Christi, maxima realitate, gratia nempe divina fundatum. Haec realitas vero abundantissime in cultu catholico hauriri

Potest. Omnibus hominibus quidem obvi sunt fontes quidam gratiae: actus meritorii nempe et oratio, (si agentes bonae fidei sunt), pro Catholicis vero praetera divitissime fluunt torrentes gratiae in canalibus sacramentorum (et sacramentalium) quoque, quae etiam ceteris Christianis, praesertim Protestantibus clausa sunt (excepto baptisate). - Cultus enim quilibet falsus gratiam communicare non valet. (Cultus Schismaticorum non falsus, sed illicitus est.) Ideo status maxime interest omni medio fidem et cultum catholicum propagare, tum ad internam, tum ad externam pacem hominum realisandam. Hanc vero catholicam fidem pro fundamento vitae publicae nulla alia factio unquam declarabit, nisi catholica.

Quid in concreto praeceptum caritatis a status exigat, breviter tantum hinc tangam: Imprimis educationem civium vitae gratiae correspondentem: statui non liceret permittere, ut quidquid caritati contrarium spargeretur in diariis, in scholis et libris (praesertim manualibus) vel quolibet alio medio propagandae etc. Status deberet curare etiam de bono civium ejus spiritali (et ideo v.g. praecepta Ecclesiae de fidelium sanctificatione etc. urgere). - Praesertim non liceret status curam pauperum et aegrotorum privatistantum initiativis relinquere, sed ipsi deberent hoc problema habitualiter quoque solvere. Cum magna pars hominum praecepto eleemosynam largiendi non sufficienter satisfacit, status deberet hoc praeceptum urgere et superfluum ad hunc scopum tradendum determinare. (In Germania pauperissima problema hominum sine redditibus multo melius est solutum, quam in divitissimis statusibus, etsi adhuc semper non plene.) In tota vita sociali vero loco egoismi deberent status altruismum fovere: educatione, suasionem, legibus et etiam sanctionibus. Plano internationali quoque hoc praeceptum deberet imprimis exerceri: Sicut ad sublevandam miseriam (sive corporalem, sive spiritalem) proximorum familiae non tantum in suis singulis membris, sed qua tales quoque obligatae essent, ita status quoque qua tales ad caritatem exercendam erga alios status obligantur: Cultiores status deberent ceteris bona spiritalia (etiam gratis) communicare: civilisationem veram spargere et praesertim fidei bonum maximi pretii ferre (f.e. opus missionarium adjuvare). Nationibus egestate laborantibus non tantum personae privatae vel instituta particularia deberent succurrere, sed et status qua tales quoque, certe etiam gratis. Immo ut miseria aliquorum populorum pauperiorum habitualiter sublevetur, status superdivites tenerentur eis ex propriis territoria superflua quaedam etiam in perpetuum tradere. (Haec obligatio potest, partim saltem, etiam ex jure naturali internationali oriri.) -

Auctor quidam, Emeret Lavery, in quodam opere theatri, cujus titulus est: *Magna hora Magr-is* eandem veritatem de universali fraternitate hominum ad hoc evolvit, ut inter homines pax duratura conderetur. At auctor obliviscitur, quod homo non naturaliter est Dei filius, sed divina gratia, quam sibi primo conversione lucrari et postea conservare debet, ac ideo nec omnes homines de facto fratres sunt. Ideo non debuisset dicere: "pacem servate, nam vos omnes fratres estis", sed: "convertimini ad fidem et gratiam, et tunc jacitis verum fundamentum pacis!" -

2. Ex idea status catholica: - *Etsi status primario finem terrestrem, prosperitatem nempe civium temporalem intendat, nobilissima ejus obligatio esset: agnitio Dei et vera educatio civium ejus. His obligationibus tamen in praesenti ordine supernaturali non nisi gubernia principis catholicae superaedificata satisfacere possunt. Non tantum antiqua pagana vel recentissima atheistica idea et organisatio status est rejicienda, sed etiam protestantico-massonica et liberalistica. Gubernium vero hodie vix aliter in manus conscie catholicae venire potest, ac mediantibus factionibus catholicis.*

Status est creatura Dei et qua talis, cum sit sui conscia, tenetur 1. Deum etiam publice colere et Ei servire. (Ad 1.) Si non daretur religio revelata, cultum rationi convenientem secundum doctrinam sapientum status libere eligere et determinare posset. In praesenti tamen ordine status acceptare et exercere debet cultum unice verum revelatum i.e. catholicum. (Ad 2.) Deo vero servit status ejus praecepta servando et eorum impletionem a parte civium etiam sanctionibus exigendo. Et quidem: non tantum praecepta erga proximos, sed etiam erga Deum tum naturalia (i.e. decalogi), tum ordinis supernaturalis (i.e. fidei acceptandae, virtutes theologicas exercendi et sacramenta suscipiendi). - Idem exigeret etiam bonum civium spirituale: Statui nunquam licet bonum temporale subditorum cum eorum damno spiritali operari, imo teneretur eos etiam positive in via veritatis ducere, eos ad veritatem educando. Sicut in societate domestica insufficientis esset educatio corporalis vel etiam intellectiva tantum membrorum, sed vera religiosa exigitur, ita in statu quoque cives catholico spiritu debent educari tum in scholis, tum per media propagandae in vita communi. Brevi: Sicut societas domestica, ita et civilis potestas apostolica deberet esse. Hoc vero aliter ac per factiones catholicas, nunquam erit possibile. Hae essent vocatae conscientiam catholicam civium excitare, ut omnes fideles pro omnibus relationibus socialibus et publicis solutiones unice verae, catholicas conscie acceptent. Ecclesiae et fideles obligati essent etiam vitam in statu, non tantum in familia sanctificare, juxta Dei praecepta et Evangeliorum spiritu sanctificare; hoc vero nulle ex actualibus factionibus intendit. Ideo deberent novae intetui, quae pro suo fine supremo renovationem politicam ponunt spiritu catholico in vita nationali et internationali.

3. Ex erroribus temerariis systematum politicorum; *¶* *Ecclesia non tantum dogmata et theses habet, quae Deum (Ss. Trinitatem et Incarnationem) vel hominis relationem ad Eum (in ordine tum naturali, cum supernaturali) respiciunt, sed etiam doctrinam proponit de Ecclesia et statu, ac de relatione utriusque ad invicem. Item jura sua determinat in scholas et educationem, in sacramenta (praesertim matrimonium, quod inter ea res maxime civilis est), circa bona terrae et immunitates, ac liberum et exclusivum jus sibi vindicat evangelium Christi annuntiandi. Hanc doctrinam quoque negare haereticum esset. At vix datur vel una factio politica, quae hanc doctrinam de toto faceret. Fere omnia programmata politica continent puncta, quae saltem implicite principiis alicui censurae obnoxii pullulant. Non tantum Communismum Athaeistam vel massonicam sectam censeo, quae expresse damnatae fuere, sed fere omnes factiones politicas. - Immo etiam doctrinam socialem Ecclesia non ideo proposuit principiis evangelicis correspondentem, ut ne Catholicis quidem de ea curent eamque observent. Factiones politicae generatim nec hanc doctrinam pro fundamento assunt. Catholicis nunquam liceret principia harum factionum sua facere et nonnisi ad majora mala vitanda ac solum si non darentur factiones vere catholicae, liceret eis his factionibus adhaerere, nomen dare. Duces vero catholici, imprimis fideles laici majoris auctoritatis publicae, obligati essent, ubi fieri potest, factiones doctrinae catholicae superaedificatas instituire, ut hos errores e vita publica dissipare possent.*

Hic tantum breviter tangam aliquot errores: Falsum est jam principium fundamentale democratiae hodiernae de "jure majoritatis". Jus non majoritatis, sed Dei voluntate fundatur. Ideo etsi 99% populationis aliquid licitum declararet, quod Dei voluntati contrarium esset, haec fere exclusiva majoritas nullum tamen jus verum statuere posset. E contra vero legitimum posset esse aliquid gubernium catholicum (v.g. in Indiis vel Japonia), quod de toto ideam catholicam status realisare intenderet, etsi minoritas exigua illud adjuvaret. Minoritas ad summum in rebus moraliter indifferentibus decidere posset. - Famosa illa "dogmata" quoque de quattuor libertatibus democratiae, saltem partis ut falsa rejicienda essent; Religio non potest causa tantum privata esse, sed deberet esse maximum negotium publicum, cum statuum quoque fundamentum nonnisi Christus Dominus et doctrina ejus potest esse. Ideo libertas conscientiae dari non potest. Item nemo jus habet peccatum vel errorem perniciosum docere, ideo legibus fidei et morum libertas quoque preli coarctari debet. - Etiam Positivismus juridicus, qui jus naturae saltem in praxi de toto negligit, a Catholicis relicti debet. - Systema educationis vero aliquorum statuum, praeterquam quod religionem negligit de toto, (imo alicubi etiam extinguere intendit) nititur falso principio de nativa bonitate instinctuum naturalium (quod Rousseau docuit), obliviscitur vulnere peccati originalis, quae nonnisi abnegatione sanari possunt. - Thesis fere communis jurisprudentiae civilis de validitate omnium civilium matrimoniorum (etiam inter fideles catholicos) vel de necessitate et sufficientia matrimonii civilis, est haeretica. Luther statuit primo thesini: Matrimonium est res mere civilis. - Hos et innumeros alios errores docent et continent programmata politica, qui omnes corrigi deberent. "Incredibile dictu, quot errores circa ordinem juridicum et moralem, circa jus ejusque fundamentum late serpent." - scribit F.M. Capello S.J. in suo opere. Et revera integra jurisprudentia civilis plena est erroribus. Vix dantur v.g. libri manuales juris civilis, qui doctrinam Syllabi vel Encyclicae S.P. Leonis XIII. "Diuturnum illud" pro fundamento haberent vel constitutionem et leges status juribus Ecclesiae contrarias non defenderent. Politicae factiones vero sua programmata secundum hanc falsam doctrinam statuunt. Cum vere leges et consuetudines vigentes maxime (etiam saepe inconscie) in educationem civium influunt, fideles quoque catholici ex eis falsa sibi principia et judicia deducunt et formant, et saepe ita in errore fere invincibili vivunt de his rebus (fors etiam officiales et advocati catholici).

Ecclesia teneretur primo doctrinaliter hos errores dissipare, imprimis in animis fidelium. Eo, quod tantum in aliquibus catholicis universitatibus haec theses de Ecclesia et statu docentur, ne sacerdotes omnes quidem horum concilii erint. ("Sacerdotes politici" vix omnes explicite has theses norunt; tantum iis sacerdotibus deberet permitti, ut munus politicum v.g. deputati assument, qui eas profiterentur!) - In seminariis theologiae non tantum canones positivi, sed imprimis principia juridico-dogmatica quoque deberent fusius explicari. At theses "politicae catholicae" deberent saltem in nucleo jam in mediis, imo et elementaribus scholis proponi; In Catechismis qua collarium art. lx symboli Apostolici et IV. praecepti decalogi; imo posset forse etiam loco V. praecepti Ecclesiae (de temporibus prohibitis) qua novum doceri praeceptum (simul cum praecepto de censu ecclesiastico): Ne des votum nisi factionibus catholicis spiritus! - Quando haec leges injustae latae fuere, Ecclesia ubique contra eas decertabat; hoc certamen non deberet dormire unquam, dum eae vigent. Ecclesia teneretur non tantum actuales, sed et habituales injurias oppugnare; haec leges vero habituales injuriae sunt, dum vigent. Eas vero abolere nonnisi gubernia e catholicae factionibus constituta possunt. Ideo teneretur Ecclesia praeter doctrinalem praeparationem imprimis ope organisationum politicarum haec principia e vita publica expellere. Brevi; Ecclesia teneretur primo magisterio ordinario suo tenebras intellectuales terreno hoc dissipare, postea actione forti politica leges falsas et injustas abolere omnes, nec non usus mutare.

4. Ex publicis peccatis regiminum hodiernorum: - *Regimina hodierna ubique terrarum ingentia peccata publica committunt tam contra Deum quam contra proximum, tum in vita interna nationum, cum in vita internationali. Deputatorum vero peccata sunt electorum peccata. Si fideles nolunt in his peccatis cooperare et ideo de his etiam ante Deum responsables esse, eis non liceret respectiva regimina votis suis adjuvare, contra haec vero peccata etiam correlative protestari deberent, privatim vero ea saltem interne detestari tenerentur. Nec Ecclesiae possunt indifferentes esse haec injuriae publicae sive in filios, sive adhuc magis a filiis ejus commissae, sed eas abolere conari deberet, quod facillime per factiones catholicas eveniet.*

Noldin loquendo de obligatione eligendi deputatos, affirmat: sub gravi tenetur quilibet idoneum eligere.... Ratio est: a. quia electores per se approbare censentur principia et actiones eorum, quos eligunt; b. quia scienter eligentes ineptum cooperantur ad omnia mala, quae electus inert Ecclesiae vel reipublicae; c. quia aliis scandalo sunt.- Et affirmat quoque: Gravior peccant, qui scienter eligunt candidatum principii catholicis infensum.- Cum jure ergo dixi, peccata deputatorum (qua talium) esse electorum peccata.-

Principium superius de responsabilitate populi de peccatis guberniorum suorum victores contra devictos theoretice et in abstracto consideratum etiam cum jure applicuerunt, at ejus concreta applicatio valde manca fuit. Non tantum regimen nationalistico-socialis peccata publica et internationalia committit, sed etiam cetera gubernia. Hic tantum quaedam afferro breviter, alia habentur passim per thesiam. Leges de divortio et abortu, vel quae tolerant egoismum et abusus capitalismi, necnon inhumanam concurrentiam industrialium, (quae nec a bellis pro lucro abhorret,) saepe peccata sunt. A Catholicis nunquam possent approbari limitationes injustae, inhumanae et egoisticae immigrationis; oppressiones minoritatum nationalium, injuriae, vindicta et odium in alias nationes vel exploratio crudelis indigenorum in politica coloniali et multa alia peccata statuum tum ad intra, cum ad extra.- Cum non tantum singulorum, sed et nationum maximum bonum religio sit, illam non liceret ullo modo unquam bonis temporalibus etiam nationum subordinare; ideo omnes actus detestare tenemur, qui contra hoc principium ponuntur.- Catholicis fere magis abominanda debent esse peccata, quae ab his guberniis contra Deum et Ecclesiam, quam ea, quae in proximum committuntur; silentium fere absolutum de juribus Dei, dum de juribus hominum sine intermissione loquuntur (quin ea vere observent), usus laedentes sensum catholicum, leges Ecclesiae nocivae etc.

Multa pacta internationalia, praesertim pacta pacis, non una vice vergebant in damnum Dei et Ecclesiae; victoria non justificat quamlibet actionum victorum! quod illicitum vel injustum est, manet tale etiam victores illum actum ponunt.- Ut alia omittam (v.g. pacem Westphalicam), duo pacta pacis recentissima fuerunt non tantum magna ex parte opera vindictae diabolicae, sed et injuriosa Deo et Ecclesiae nocivae. Catholice unicum punctum solutionis anni 1919 in Europa potest approbari: resuscitatio nempe Poloniae et per hoc liberatio multorum catholicorum a potestate Russo-schismatica resp. Porussico-protestantica. (De limitibus hujus novi status disputari potuisset; melius fuisset forse lineam fluviorum Vistula-Warte pro limite statuere cum nutu evacuatione Germanorum e Borussia Orientali resp. Polonorum e provincia Posen, at revisiscentia hujus status cum gaudio a Catholicis salutari debuit.) Adhuc favorabilior fuisset pro Ecclesia solutio; Poloniae cum Ucraina (usque ad fluvium Volga) et Lituania sub unico catholico monarcha unire.- Ceterae solutiones catholice reprobari debent, imprimis ultimae potestatis Ecclesiae amicalis, Monarchiae nempe Austriaco-Hungaricae dissolutio, quae opus fuit diabolicum massonicum. Idem erat hujus facti connectarium, subjectio nempe circulo millionum Catholicorum regimini schismatico in Jugoslavia et Rumania. Em. Card. Mercier suo tempore ex hac ratione etiam protestatus est apud commissionem paciferam contra talem ordinationem in Europa Centrali. (Quam justificata haec protestatio fuit, videri potest in fasciculo separato de Alvo Danubiano.) - Anno 1946, post recens bellum nulla vox protestationis a parte Ecclesiasticorum apud nationes victrices contra renovationem horum pactorum audita est, licet magis locum habuisset: In Jalta et Potsdam nempe (quorum conventionum connectarium fuit renovatio pactorum superiorum) non tantum 10, sed plus quam 50 milliones Catholici regimini athaeistico subiecti fuerunt. In nominatis conventionibus nempe majoris pretii fuit hypocrisis anglosaxonicae campos petroliferos in Iran et Mesopotamia ex sphaera Russica salvare, quam libertatem Ecclesiae in Europa Centrali tueri, licet eorum propaganda iterata vice etiam hunc finem ad bellum gerendum nominavit.- Ex solo bono religionis catholicae posset jam revisio horum pactorum exigi. Catholicis non licuisset ea approbare, quia et ipsi interne rei fuissent de injuriis in iis contentis, et tamen populi victores ad ea guberniis suis applaudere, licet partim saltem, in majoritate catholici erant. Conscientia catholica in judiciis factorum dormit et vix non tantum ope factionum catholicarum resuscitari potest, ut homines intelligant tandem aliquando, etiam in vita politica bonum fidei et morum esse nationum bonum maximum. Ecclesiae non liceret haec peccata silentio praeterire, nec errores dissimulare, sed prima abolere, falsa vero judicia, erroneas persuasiones corrigere teneretur etiam de vita politica.

5. Ex terrestri fine Ecclesiae; argumentum historico-missionarium: - Ecclesiae finis primarius, "pensum ejus principale" in terris est: omnes nationes mundi (tum haereticas, tum infideles) ad veram fidem quamprimum convertere ac conversas sanctificare. Ecclesia nullo momento hujus sui principalissimi muneris oblita esse potest, et omnia media adhibere tenetur, quae ad hunc finem ducere possunt vel necessaria esse apparent. Praeter media supernaturalia: gratiam nempe divinam oratione et abnegatione explorandam, ac praedicationem intermeratam veritatis vero maximum adiutorium et efficacissimum medium ad hunc finem attingendum familia christiana et adhuc magis potestas civilis catholica praestant. Immo etiam verbi divini praedictio saepissime infructuosa maneret sine hoc adiumento: invanum laborarent praedicatores, si scholae, effermerides, omnia alia media propagandae, gubernia et leges civiles expresse vel implicite quotidie aliud annuntiant. Tunc Ecclesia non tantum massas acatholicas convertere non valet, sed etiam proprias massas perdet. Ecclesia tantum tunc Christo gentes subdicere potest, si principia catholica totam vitam pervadent publicam: si integra legislatio et omnia media propagandae et educationis totidem media apostolatus sunt. Hoc vero tantum ope regiminum catholicorum realisari posset. Regimina catholica vero eo nunquam eligentur, quod Ecclesia sese e vita politica retrahit.

Historia Ecclesiae idem probat: Ecclesia potuit quidem pulcherrimas victorias particulares in constantia martyrum vel in refutatione errorum Haereticorum reportare, at generale conversionem massarum nonnisi ope regum et principum catholicorum obtinere potuit. Teste historia, tum tempore Constantini Magni vel extincti Arianismi, tum tempore (B.) Caroli Magni vel migrationis gentium sub diversis regibus sanctis et apostolicis, conversio nationum eo tantum obtenta fuit, quod principes legibus civilibus totam vitam publicam transmutarunt. - E contra vero: tum tempore ortus Arianismi vel Schismatis orientalis (resp. "iconoclasmi"), tum tempore "reformationis" in Germania, Anglia et statibus Scandinavicis, apostasiae immensae nationum a fide inimicitiae regum et procerum contra Ecclesiam attribuendae fuere. Orthodoxismus in Rusiam quoque adiutorio unius principis (sec. ecclesiam schismaticam sancti) Vladimiris introductus fuit.

Missionaria historia quoque hoc confirmat: Inde ab initio majoris activitatis missionariae in Asia (et Africa), ab opere nempe S. Fr. Xaverii, i.e. per 4 saecula, in Asia vix 40 milliones hominum (i.e. 25. pars populationis), in Africa vero circ. 17 milliones (i.e. 12. pars populationis) converti potuere contra vel ad summum praeter voluntatem regentum horum continentium. Et etiam haec massa fidelium magna ex parte in regionibus nunc vel olim sub potestate catholica constitutis invenitur: In Africa imprimis in Kongo Belgico, in Asia in Insulis Philippinis, quae usque ad annum 1898 sub potestate Hispanica catholica constituta fuit. Hispanorum (et Portugalensium) meritum fuit, quod hodie America Meridionalis et Centralis fere exclusive catholica est. Si Anglia ultimis saeculis non massonicis principiis recte fuisset et Anglos idem spiritus duxisset, quo pulsi saec. 7-8 Germaniam converterent, tunc opus missionarium in Oriente multo magis evolutum fuisset et majores fructus habuisset. - Eodem fere tempore ex Schismaticis vix 15. pars (-aliquot milliones tantum), ex centenis millionibus Protestantium vero (saltem inde a pace Westphalica) vix aliquot centena millia in sinum Ecclesiae reversi sunt. (Ultimi, qui errantes majoris numeri converterent fuerunt S. Petrus Canisius +1597, S. Fr. Selesius +1622 et Card. Pazmany +1637; resp. Schismaticos L. Kollonits Card. +1707.) Tali progressu haereses et schisma in 20-30000 annis extirparentur, infideles vero in Africa et Asia in 5000 resp. 15000 annis converterentur. Si tamen dominatio bolscevistica in Asia multum temporis durabit, etiam haec exigua messis arefiet; et si suprematia USA in Japonia ad decennia protrahitur, conversio Japonensium in falsam directionem continuatur: USA in Philippinis non potuit magnum damnus causare, quia ibi conversio indigenorum jam terminata fuit (et tamen nationalem ecclesiam potuere condere); at in Japonia vix nunc incipit. Si Gen. Mac Arthur inter Japonenses 100000 exemplaria Bibliarum Protestantium distribuere intendit, haec actio ad conversionem catholicam regni vix apta erit. - Ut Ecclesia suum pensum principale solvere possit quamprimum, regimina catholica deberent regna principaliora mundi ducere, quae ipsam adjuvant.

6. Ex munere Ecclesiae judiciali: - Vita politica non potest a fide et moralitate independens esse, imo propter ejus magnum momentum ibi ad utrumque magis attendere debemus, quam in vita privata. At in rebus fidei et morum Ecclesia est iudex supremus a Deo constitutus, et ideo huic suo muneri "opportune, imoportune" fungi debet. Protestari debet contra omnes injurias publicas regentum et guberniorum quoque, quae contra proximum, vel adhuc magis contra Deum committuntur, et eas etiam in concreto damnare. Tales protestationes tamen apud gubernia tunc tantum finem suum vere attingere et cum necessario pondere fieri possunt, si integer populus catholicus sicut acies ordinata ad terga protestantis (papae) resp. protestantium (pontificum) stat. Hoc vero aliter vix obtinebitur, quam organisatione politica in factionibus catholicis.

Ad exemplum S. Johannis Baptistae deberent a parte Ecclesiae etiam publicae correptiones concretae fieri: "Non licet tibi..." (Mc. 6, 18.) Ecclesia vix non (partim saltem) ideo summam suam auctoritatem medi aevi perdidit, quia suum hoc munus non satis implevit: Certe fuerunt multi pontifices, qui exemplum S. Ambrosii vel S. Job. Chrysostomi sequebantur et etiam imperatores vel reges publice redarguerunt, et major pars illorum circ. 50000 epporum, qui a tempore Constantini Magni ad Lutherum vixerunt, hoc neglexit, imo et ipsa (partim sal-

tem) esse procerum vitae mundanae accomodavit.- Ecclesia non tantum jura auctoritatis debuisset tueri apud cives, sed etiam jura populi apud duces; non obedientiam tantum debuisset inculcare subditis, sed etiam censum responsabilitatis in principibus excitare et eis curam pro populo ante oculos ponere; imo hoc fere magis quam primum, quia ipse "ut praeco nuntii gaudiosi pro pauperibus" (Mt. 11, 5.) imprimis horum advocata esse debet.- Hodie difficilior est munus exercere, quia Ecclesiae auctoritas apud regentes minima est. Tunc tantum tales correptiones vel protestationes fructus ferrent, si organisatione politica populus catholicus integer Ecclesiae directionem etiam in rebus politicis sicut unus homo acceptabit. - Si populus catholicus organisatus fuisset, tunc v.gr. occasione incarcerationis Em-i Card. Mindszenty protestatio ejus Eo-orum confratrum non mansisset vox in deserto sonans. Etiam protestationes S. Sedis et Pontificum tum contra crudelium et inhumanam institutionem tabulariorum concentrationis in Germania, cum contra inhumanam expulsionem Germanorum ex territoriis Orientalibus majorem successum habuissent.- Etiam episcopatus Japoniae invanum suam vocem elevavit contra limitationem coactam numeri prolium (etiam officialiter ab occupantibus suam), nam dimidio anno plures sunt occisi foetus innocentes, quam quot homines sine belli explosione atomica perierunt. Si simul cum eppis Japoniae etiam factio quaedam politica in USA protestata fuisset, fructus major sperari potuisset.

7. Ex funestissimis sequelis non politisandi: - *Populus catholicus quoad numerum fidelium quintam partem constituit integrae populationis orbis et nullum fere influxum tamen in facta et evenimenta historica et politica exercet, fere nullum pondus in vita internationali possidet, fere nullum vestigium ejus spiritus in vita et opinione publica relinquit. Principium de non politisanda Ecclesia protestantico-liberale illum de toto debilitabat, atomisabat et ita non munitum inimicis suis tradebat. Hodie fere ubique leges de cultu et religione, de Ecclesia sine Ecclesia feruntur, nam vix alicubi de jure loci in parlamentis Ecclesiae representantibus agnoscuntur. Quia duces catholici non fecerunt politicam catholicam, populus catholicus necessario politicam suam exercuit; humeris suis portabat in senatus et parlamenta legislatores Ecclesiae inimicos, qui suis legibus spiritum verae fidei ex opinione publica et vita communi expulerunt et principiis suis (de libertate preli, de educatione ac de aequiparatione confessionum, etc.) etiam fidelium animas in periculum damnationis detruderunt. Ita legislatio et opinio publica etiam in statibus magna majoritate catholicis plures habet characteres protestantes, massonicos et judaicos, quam catholicos. In primaeva Ecclesia, si cives suos duces elegerint, nullus fidelium legislatores inimici sensus contra Ecclesiam suo voto adjuvisset; medio aevo quoque nullus improbus fuisset electus a catholicis, hodie vero sine remorsu conscientiae et sine conscientia peccati fideles eligunt deputatos improbos vel massones liberales, imo et athaeistas. Ecclesia tunc tantum sua et Dei jura efficaciter tueri valebit et ad veram pacem et felicitatem populorum contribuet, si integrum populum catholicum sine dilaceratione fundamento catholico politice renovabit et reorganisabit. Legislatores et parlamenta deberent Christum agnoscere, at hoc sine opere factionum catholicarum nunquam attingitur. Ecclesia non est quidem factio quaedam politica, attamen cum vita politica de fide et moralitate independens esse non potest et factiones actualiter existentes de his (praesertim de fide!) minime curant, Ecclesia deberet correspondentes factiones in vitam vocare. Eo, quod deputati catholici in diversas factiones dispergantur, quod quaedam suadent (v.gr. etiam Noldin), mitigant forse earum actionem, at ideas catholicas ad plenam victoriam ducere nunquam poterint, nam cum eorum divisione vis quoque eorum debilitatur. Uniantur omnes in una factione expresse catholica, quam integer populus catholicus unice voto suo fulciri teneretur.*

Catholici in mundo sunt plus quam 420 milliones, Protestantes circ. 220 mil. Massones pauci mill., Judaei ad summum 18 mill., Athaeistae vix 25 mill., et tamen hi ultimi tres circuli fere exclusive dominant mundum, ac etiam Protestantes majorem influxum in facta habent, quam Catholici. Quia constitutio factionum catholicarum per longum tempus neglecta erat, etiam in statibus catholicis Europae et Americae minoritas aliqua exigua (praesertim prelo educta) massonice vel etiam athaeista, populus dominata est per decennia. Si in USA vel Anglia Ecclesia et status ab invicem separantur, hoc adhuc intelligi, etsi approbari non potest; at si hoc idem per activitatem massonicam in Columbia, Mexico, Brasilia, (Italia) vel Gallia evenit, hoc etiam intelligi non potest. Ibi gubernis massonica principis profitentis per factiones catholicas everti deberent et duces in catholicos conscios mutandi essent. C.J.C. in cen. 2335 tantum eos damnat, qui ecclesiae massonicae nomen dent, at Leo XIII. in Encycl. "Humanum genus" statuit, "congregare se cum eis, coeque (nempe massones) quoquo modo juvare, rectum est non licere..." Potestne majus adjutorium eis praestitum cogitari, ac si fideles eos in deputatos eligunt ac per hoc programma eorum liberale resliserit et errores eorum codificari sinerit? - Magisterium ordinarium deberet inde fideles de momento electionum et vitae politicae instruere saepius ac pro eis et per eos factiones catholicas instituere, quae tantum duces et deputatos conscie catholicos eligant. - Sat multum temporis filii Dei a filiis diaboli coacti fuere, ut eorum malam voluntatem in communi vita impleant et falsa iudicia acceptent, tempus est, ut contrarium resliserit; reprimeretur minoritas exigua (massonice vel athaeista) tandem et cogatur ad agnitionem Dei! Mundus (cosmologico, non scripturistico sensu) est Dei regnum et non satanae, qui ad summum usque dici potest; tempus est, ut filii Dei usurpatoris jugum abjiciant et leges Patris sui etiam in vita publica introducant.

II. Programma harum factionum et earum institutio.-

Quaedam observationes in genere:- In omnibus statibus, ubi tales factiones instituuntur, eae ultimam ideam catholicam de statu debent velle realisare. In regimine publico quoque quaerant effatum Christi Domini implere: "Quaerite primum regnum Dei (= Ecclesiam) et iustitiam ejus (= conversionem subditorum ad fidem et bonos mores) et omnia alia (= pax, prosperitas et felicitas etiam temporalis) adjicientur vobis." (Mt. 6, 33.) Aliis verbis: societas civilis quoque qua talis, obligata est Dei et Ecclesiae jura agnoscere et sine impletione hujus obligationis nec veram pacem et prosperitatem subditis communicare valet. Programma harum factionum exinde duplex esset: quoad quaestionem religiosam necessarium et quoad temporalem partem (socialem, oeconomicam) liberum, saltem in concreto.

Societas civilis in suo ordine et in assequendo suo fine est quidem perfecta et independens (solummodo non liceret ei ullum medium adhibere et ullam legem ferre contra fidem et mores); attamen cum sit temporaria et naturalis (i.e. inferioris ordinis), societati aeternae et supernaturali (i.e. superiori) debet subordinari: in omnibus communibus quaestionibus jus Ecclesiae deberet praevalere (in scholis, prelo, matrimonio, bonis ecclesiasticis materialibus, quoad immunitates etc.); immo status deberet Ecclesiae omnia suppeditare, quae in sua potestate sunt, ut Ipsa munus suum principale, conversionem et sanctificationem fidelium nempe, implere possit. Ecclesiam catholicam et tantum illam, adjuvare deberet efficaciter in evangelizando populo (saltem post aliquod tempus); vitam civilem integram intendere deberet principis catholicis renovare ac civiles leges Dei et Ecclesiae legibus co-(imo et sub-)ordinare.

1. Programma fidei: (a. Potestas et officia publica Catholicis acquirenda;)- Studium harum factionum tempore primum esset potestatem e manibus acatholicorum, praesertim inimicorum Ecclesiae (attamen non tantum Communistarum, sed et francumurarium et protestantium) eripere, ut status a fidelibus conscitis regantur. Hoc imprimis via legitima intendere debent, at data occasione, ubi jam sat magnus est numerus fidelium, si aliter non potest et armis.- Cum officia publica ab commune bonum non nisi homines catholici et probi vere investire possunt, hae factiones accepta suprema potestate acatholicos omnes excludere debent e vita publica et omnia officia (prius majora, postea et cetera) non nisi Catholicis debent dare. (Simili principio massoni, licet paucissimi fuere, dominium super mundum acquisierunt: ipsi omni occasione non nisi suos sodales adjuvabant.)

Ut quis officia publica vere cum fructu ducere valeat, triplex requisitum est necessarium: scientia correspondens, probitas morum et vera fides. Etsi ultimis temporibus maxime et fere exclusive ad scientiam attendant homines (quod tamen minime impedivit, quominus etiam suprema officia aliquoties rudibus et indoctis tradantur), duo priora, et imprimis virtus fidei verae, magis sunt necessaria: Qui caecus est, (nec se, adhuc minus) alios secure non potest ducere. Haeretici vero carent lumine fidei, cum apud eos virtus fidei in baptismo infusa propter eorum pertinaciam saepe extinguitur vel saltem valde obnubilatur. Si homo sine virtute fidei nec personalem prudentiam veram habere potest et finem suum de oculo suo faciliter perdet, quomodo potest quis tunc sine fide veram prudentiam politicam possidere, finem societatis verum et viam ad illum unice rectum clare videre? Duces acatholici nec finem status, nec media ad hunc finem licita clare cognoscere possunt. Quis ducum protestantium v.gr. thesim vere intelliget, (quam pro dolor! nec Catholici omnes expresse sciunt): Statibus non licet tacere vel praecipere quidquam, quod civibus assecutionem finis eorum supernaturalis difficiliorem reddit, immo cives suos in assequendo hoc fine etiam positive adjuvare tenerentur.

Cum haereticis etiam gratiae corroborantes abundantiores decant, magis quam Catholicis, suis passionibus quoque generatim difficilius dominare possunt, et ideo potestatem adhibent (plus quam Catholici) tum pro sua persona, tum pro sua natione, ad sedandam concupiscentiam oculorum et ad satisfaciendum superbiae vitae. Potestate sua abutendo, passiones quoque subditorum excitant per suam propagandam et educationem (v.gr. Hitler, Stalin et omnes duces revolutionum animum nationaliter vel socialiter non satisfactum etc.), vel sua falsa principia annuntiando, per ea spiritum fidei obnubilant et sensum verae caritatis perturbant (sicuti duces massonici et protestantes ultimis saeculis: num fuit vel unus princeps in Gallia vel Germania ultimis temporibus, qui suis subditis mutuan caritatem suavisset? odium jam magis: v.gr. Poincaré etc. vel in Anglia quis ministrorum injurias contra indigenos vel operarios damnavit et egoismum crudelem coarctabat?)- Ideo hi duces societatis facilius et saepius in foveam ducunt et duxerunt, quam regimina catholica principia superaedificata. Possunt quidem etiam inter Catholicos duces meli dari, et inter acatholicos hoc facilius et saepius evenit (jam propter eorum haeresim quoque), ideales vero certe non nisi concie catholici possunt esse. Inter regentes acatholicos ultimis temporibus vix unus habetur vere qui "magnus" sit. (Pro dolor! et catholici duces liberalibus ideis indulgerunt!)-

Etsi scientia politica et socialis medi aevi nondum fuit tam evoluta, reges sancti plus luminis et bonae voluntatis in arte regendi habuerunt, quam hodie quilibet virorum rerum civilium et politicarum peritorum. Quo major est potestas, quam rectores rerum publicarum obtinent, eo maturiores deberent ipsi es-

se fide, caritate et probitate. Hodie malefactores potestate ipsis tradita et orbem annihilare possent. Ideo electio eorum valde mature deberet perpendi. (Moraliter et praesumptione juris etiam haeretici malefactores sunt. Certe etiam apud eos timor verus Dei multo minor et debilior est generatim, quam apud catholicos; et sine hoc salutari timore sensus verae responsabilitatis et conatus perfectionis in statu regendo haberi nequit.)

Si ultima decennia mundum regimina principis catholicis rexissent, vix duo ultima bella cruentissima erupta fuissent. Anno 1914 bellum ad summum locale fuisset inter Monarchiam et Serbiam; Russia non adjuisset monarchioides, vel si tamen fecisset, ceterae nationes non se sensissent obligatas assistere ei. (Imo de se nec licuisset eis hoc facere, cum contractus foederis in casu belli injusti non possit obligare et interventio Russiae in favorem Serbiae militaris non fuit justa!)- Ante 11. bellum vero, praesertim tempore gubernii Brüning, si in Gallia et Anglia saltem alii ministri rexissent et partim justa optata populi Germaniae(imprimis ad spatium vitale!) implere parati fuissent, hoc ultimum bellum non fuisset inceptum.(Hitler non obtinisset gubernium!)- Populi vero Angliae et Galliae per propagandam vere christianam edocti actionibus guberniorum suorum libenter consensissent.(Populi inclinant certe ad vocem sanae et prudentis rationis his rite communicatam audiendam.) Duces tamen masonicis, etiam ex torrentibus sanguinis lucrum materiale et augmentum potestatis politicae reportare intendentes, non abhorruerunt immania bella. Si ii vere bonum commune suorum populorum intendissent, ex expensis horum bellorum miram prosperitatem socialem attigissent. Non veritas, justitia et caritas eos et per eos populos ab ipsis seductos movebant, sed egoismus personalis et nationalis, concupiscentia oculorum et superbia, odium ac despectus alicuius nationum.

Testibus V.T. libris historicis Deus populum suum electum imprimis in suis principibus punivit vel muneravit: Populo peccanti malos duces dedit, qui iniusti, raptores, tyranni et praesertim idololatri fuere ac suis falsis principibus populum in semper majora peccata detrudere. Hoc erat Dei poena primaria: obcoecatio spiritualis semper major. Propter peccata vero principum mala publica: bella, famee pestilentiae populum cruciabant. Si populus non resipuerat, adhuc peiores duces accepit, propter quos adhuc majora mala eum flagellabant.- Praemium vero Dei ob fidelitatem populi boni fuere principes, propter quorum bona facta et opera abundante benedictio super populum effundebatur: imprimis copiosum lumen coeleste ac postea pax et prosperitas terrestre quaeque.- Haec regula agendi providentiae divinae vix non etiam hodie valet: Dei poena in populos(imprimis christianos) mali sunt duces, qui si populi non resipiscunt, adhuc pejoribus viam parant. Hi duces vero populos in semper majora mala detrudunt: in errores semper perniciosiores, in peccata semper majora in calamitates semper graviores. Hi duces tamen nunc temporis in populis christianis non jam idololatri sunt, sed haeretici jam ac masonicis vel etiam athaei, quorum actus super populos semper majores tempestates proferunt.- Dei praemium vero etiam hodie boni duces sunt: Post sanctos pontifices (pastores supernaturales) maximum donum Dei in populos sunt duces sancti(pastores naturales), qui populos etiam in temporalibus in viis Dei ducunt.- Prouti in V.T. sacerdotes debuere populum monere et excitare, ut resipiscant ac meliores sibi duces mereantur, ita hodie quoque ecclesiasticorum esset hoc munus, qui populorum oculos rite aperire tenerentur, eo quoque magis, quia hodie ipsi populi suos duces eligunt. Ideo est signum magnae negligentiae ecclesiasticorum et procerum catholicorum, si populi catholici quoque per decennia a ministris et officialibus supremis masonicis et haereticis, immo et Judaeis(v.gr. Blum L.in Gallia et alii in USA) ac Athaeistis regebantur.

(b. Coordinatio legum civilium legibus Dei et Ecclesiae:)- *Cum status quoque Deo servire tenetur, deberet omnia Dei praecepta, tum naturalia, tum supernaturalia implere, resp. impletionem eorum apud cives urgere. Non tantum decalogi praecepta de societate(civili et domestica), de vita, de bona fama et de bonis materialibus proximi(i.e.IV-VIII.), sed implere deberet et urgere ea de obligationibus erga Deum quoque, i.e. prima tria decalogi et praecepta suprema ordinis supernaturalis: praecepta nempe duplicis caritatis ac fidei accipiendae, profitendae et propagandae(et in hoc praeceptum ingrediendi Ecclesiam, de quo fusius in sequenti puncto). Item urgere et codificare deberet status etiam Ecclesiae canones imprimis ad fidelium sanctificationem latos, necnon leges ecclesiasticas de sacramentis, sacramentalibus et cultu divino, de immunitatibus, officiis et materialibus bonis ecclesiasticis, de religionis familiis et congregationibus ac piis consociationibus etc. Brevi: factiones hae intendere deberent in legislatione integra et vita publica spiritum catholicum medi aevi (per spiritum protestantico-liberalem et athaeistico-communistam extinctum) de novo resuscitare.*

Quaedam in concreto: In statu catholico etiam profana publica officia nonnisi post fidei professionem deberent investiri posse(qui non habet fidem societatis quoque est inimicus!). Omnes sessiones publicae oratione et sacrificio s. missae debent incipi et finire. Preces communes et communis auditio missae debet praescribi pro omnibus scholis, officiis et operibus ac fodinis maioribus. Obligentur omnes publici officiales etiam ex lege civili ad auditionem missae ut populo exemplum bonum praebeant. Cives vero adhortentur ad missae assistendum, pro labore vero servili diebus prohibitis punientur quoque lege civili.

Promoveat status abtinentiam diebus praescriptis prohibitione escarum prohibitarum. Quoad sacramenta; non tantum confessionem et communionem (paschalem saltem) promoveat inter cives et administrationem sacramentorum (praesertim baptismi, at simul et ordinis ac ss. eucharistiae) prohibeat extra Ecclesiam, sed acceptet omnes leges matrimoniales Ecclesiae (civile matrimonium abolendo) et praescribat pro moribundis extremam unctionem (puniendo quoque omnes, ex quorum incuria moribundi sacramentis non reficiuntur). - Si status punit calumniam, contumeliam, furtum, forse et abortum ac duellum etc., non deberet impunitas relinquere divinationem, magiam vel publicam blasphemiam quoque (quae in se multo majora sunt peccata prioribus) etc.; item etiam publice deberet tueri juramentum et votum (praesertim publicum, religiosum). Brevi ordinem juris civilis status cum ordine morali deberet concinere facere. - Quoad praecceptum vero caritatis status imprimis intendere debet sensum fraternitatis catholicae in relationibus classium ad intra, et in relationibus internationalibus ad extra fovere, subditos ad mutuum amorem, justitiam et reverentiam educare, imo eos ad hoc etiam poenis coercere.

In USA magni faciunt, quod sessiones publicae legiferum semper precibus incipiunt. Certe est laudabilis consuetudo, eo quoque magis, quia de statibus catholicis tale quid non legitur; at minime est sufficiens. Omnes tales sessiones publicae (sive nationales, sive internationales) sacrificio missae deberent incipere et finire, ac deputati praeterea qualibet die dominica et festo de praeccepto etiam communiter missae assistere deberent, privatim vero deberent etiam ceteris diebus missam audire. - In Germania post bellum communicatio per viam ferream diebus festis et dominicis per sat longum tempus valde reducta erat, ex motiva partim politica. Cur non possit hoc semper et ubique in omni statu praescribi, ut impleatur prohibitio operum servilium; imo non tantum hoc, sed debet interdici quodlibet opus commune et officiale quoque, quod non est absolute necessarium. - Ecclesia semper et ubique decertat, ut quotidiana instructio in scholis inferioribus precando incipiat et finiatur. Sed cur est tantum hoc contenta? Cur non docet et exigit, ut quilibet labor communis: in officiis, in fabricis et operibus industrialibus etc. ita incipiat et finiatur? An tantum discipuli in scholis elementaribus tenentur suum laborem Deo offerre et sanctificare? Ideo status catholici etiam in officinis et cancellis hanc consuetudinem introducere deberent, in scholis vero non tantum in elementaribus, sed et in supremis omnibus. Immo pro operariis quoque majorum operum et fabricarum ac foderarum, necnon pro auditoribus et professoribus universitatum quoque deberet assistentiam communes sacrificio missae praescribere (si fieri potest in propriis ecclesiis). - Etsi status officia propria matricularum sustinet, matrimonia civilia a religioso distincta exigere non deberet. Inter fideles jam inde ab initio tantum catholica matrimonia agnoscere teneretur; progrediente vero conversione acatholicorum praeter catholicum, non deberet permittere aliud matrimonium. - Vix datur in Europa status, qui omnes immunitates ecclesiasticas, tum locales, quam personales pro lege statuisset; in statibus sovjeticis vero non tantum aedificata (templa, officia parochialia et monasteria) ecclesiastica, sed jam omnes actus liturgici quoque tributis subici incipiunt. - Certe totalis coordinatio legum Ecclesiae et status tunc tantum fieri potest, cum status cives jam conversi sunt fere omnes ad fidem veram, at initia jam prius fieri possunt, praesertim in statibus magna ex parte catholicis. -

(e. Extinctio haeresium et schismatis:)- *Cum status Ecclesiae etiam quoad fidei accipiendae et Ecclesiam ingrediendi praecceptum adiutorium praestare tenetur, haeresses quoque (et schisma) semper magis ac magis reprimere et libertatem sic dictam conscientiae semper magis ac magis coarctare debet, ut tandem omnes cives unius sint confessionis.*

Haec libertas conscientiae generatim sic intelligitur, ut cuilibet homini illimitatam potestatem det Deum colere, prouti ei (nempe homini) placet. Hoc sensu est thesis falsa masonicae sectae legislatione liberalistica codificata. Thesis fundamentalis eorum doctrinae est: "Non datur doctrina religiosa quaedam obligatoria, sed omnium confessionum christianarum doctrinae non nisi facultativae opiniones sunt; consequenter nec cultus datur aliquis exclusive obligatorius! Haec libertas videtur negare dominium absolutum Dei in animas, necnon obligationem generalem et personalem omnium hominum sese ad fidem veram convertendi. Nemo habet verum jus respectu Dei eligendi, num fidem velit accipere an non? omnes sunt gravissime obligati illam unice veram amplecti! Christus Dominus apostolis in mundum missis, ut docerent, non tolerantiam religionis eis et per eos hominibus suasit, sed absolutam acceptationem fidei exegit: "qui non crediderit, condemnabitur" (Mc. 16, 16.) - Homo id tenetur credere, quod Deus per Ecclesiam credendum proponit et ita debet Deum colere, prouti Deus hoc praescribit. "Deum colere quisquis non ita tenetur, prouti ipse (homo) vult, sed prouti Ei (Deo) placet" (Card. Speelman) - In hoc processu creaturae contra Creatorem statui non liceret partem hominis tueri, sed pro juribus Dei deberet decertare. Status deberet impletionem hujus summae et gravissimae obligationis quoque legibus adjuvare et urgere.

Multi putant inconveniens esse ad fidem acceptandam coactionem adhibere, at hoc vix non falsum est: Saepe bonum, quod coacte incipit, sponte continuatur et ita de toto meritum esse potest; at fere semper bonum coactum partim est tantum coactum, partim vero voluntarium et consequenter meritum. Hominum magna pars se putat saturam esse, at in iudiciis suis vere impubes est; ut impubes ergo debent tractari et etiam poena (saltem morali) ad bonum eis con-

veniens adigi.- Demum, etsi aliqui ex sola coactione converterentur, tamen per hoc vita publica purgatur et periculum perversionis vel saltem religiosi indifferentissimi pro aliis minuitur. (Inconscie multi fideles, immo sacerdotes quoque infecti sunt spiritu massonico de libertate conscientiae et indifferentismo inde orto.)- Praesertim vero maximum lucrum spirituale ex tali "coacta" conversione sequens generatio haberet, quae jam novis et veris principiis in purgata atmosfera educaretur et in fide confirmaretur.- Ideo statui utique liceret saltem moralem coactionem in cives adhibere ut sese convertantur (etsi physicam de se non).-

In concreto status diversos facit gressus in hac via pro semper majore et majore progressu Ecclesiae et conversionis errantium; Initio status religionem catholicam dominantem in statu deberet declarare, aequiparationem confessionum auferendo, ac acatholicos ex officiis publicis semper magis excludi; postea deberet status falsas societates religiosas juribus personarum moralium spoliare ac cultus haereticus tantum privatim debet permitti. Post longius tempus haeretici etiam ex activis electionibus deberent excludi; vix caeci eligere et arripere possunt manum rectam, quae eos secure ducat! Etsi cultu schismatico vera habetur ordinatio cum caractere sacerdotali et episcopali necnon verum sacrificium, status tamen non deberet nec schismaticos cum catholicis aequiparare; eo minus haereticos.-- Victores excluderunt ex electionibus nationalo-socialistas, at hoc non sufficit; etiam haeretici excludi deberent, postquam contumaces inventi sunt, et post longius tempus ita debent considerari, postquam certamen spirituale et politicum contra eos inceptum fuit. Eo quoque magis, quia error eorum etiam statui nocivus est; concurrentia infamis laedens caritatem et egoistica libertas oeconomica sunt consecutaria libertatis protestanticae, quae etiam auctoritatis principium evertit.- Ordo juridicus ordini morali concinere deberet, in ordine morali vero haereticis est unum ex gravissimis peccatis. Si status ergo hoc minor quoque peccata punit praeter incarcerationem etiam spoliatione jurium politicorum, cur non posset tunc etiam hoc grave ac perniciosum peccatum saltem perditione jurium politicorum puniri?

Demum postquam jam pauci tantum non sunt conversi et ideo eorum pertinacia de toto aperta est, residuos, qui nolunt sese convertere, deberet status in "reservatione" includere (ad modum ghetto judaici). At cum eorum proles baptismo verae Ecclesiae incorporarentur, status deberet eas innocentes educationi parentum subducere, ut ita impediatur injustitiam falsae educationis contra eas committendam. (Si statui non licet ad obcoactionem prolium corporalem cooperare, adhuc minus liceret ei earum spiritualem obcoactionem permittere!)-

In statibus cum magna, fere exclusiva majoritate catholica jam inde ab initio severiores leges essent contra eos ferendae, in ceteris tardius tantum. Legi cum gaudio, quod in Hispania spatio Bibliarum protestantium interdicta fuit; at non potui approbare, quod in Argentina pro immigratibus pastores haeretici officialiter quaerebantur; cum Argentinae religio status catholica sit, immigrantes ante electionem debuissent collocari; sive non desideras cultum et pastorem haeticum, vel non te immigrare permittimus.- Maxime tamen offendit sensum et fraternitatem catholicam, si ex pluribus statibus Americae Meridionalis in majoritate catholica contractus operis innumeris et permissiones immigrationis nonnisi schismaticis et haeticis offererentur. (Probabiliter de his ageretur Anglosaxonibus, qui catholicos operarios conducere noluerunt.)- At etiam in statibus protestanticis deberet jam nunc etiam non politicum, sed doctrinale certamen spirituale cum errantibus magis energice duci. Hodie quidem majus est periculum scrius a parte Communismi atheistae, at Ecclesia in se sola fortior est, quam per compromissa debilitata et non est oblivendum, quod decies plures sunt in mundo Protestantes, quos Ecclesia omnes convertere teneretur, quam Communistae. Praeterea haeresis ab Atheismo quoad virtutem fidei nonnisi secundum gradum differt; utrumque est defectio a fide totalis nempe resp. partialis, quae (saltem juris praesumptione) eoque modo fidem extinguit; dum ipse a fide catholica essentialiter differt, ut fides et privatio ejus.- Demum Ecclesia etiam Communismo multo fortiorem resistantiam opponere potest, si errantes in proprium castrum convertit, quam si cum iis compromissa init.

Dum status conversionem haeticorum juridice et publice legibus suis urget et promovebit, Ecclesia sua parte omnia facere deberet, ut quo major numerus errantium sese convertat. Ad hoc Ecclesia immenso numero deberet libellos edere et divulgare, quibus etiam veteres haereses refutantur et errantibus ante oculos ponitur obligatio sese convertendi. Tales libelli contra novas sectas passim eduntur, sed contra veteres non; ita Ecclesia impedit forse novas fidelium apostasias, at massas reformatione olim perditas nunquam recuperet. Etiam contra sectas jam acceptas deberent libelli spargi, profundi et fundati quidem at non amplii. Disputationes "corpulentes", academicas paucitantum legunt, (Möhler: Symbolik,) libelli sunt necessarii, partim ut errantes veritatem cognoscant, partim ut fideles de re confessionum rite judicent et errantibus adjuvare possint.- Et hoc esset alterum medium: cooperatio fidelium in conversionem errantium. Primaeva Ecclesia ideo tam amplos fructus missionarios metebat, quia quilibet fidelium veritatem circe se spargere intendebat; oratione, bono exemplo et doctrina. Fideles hodie quoque edoci deberent jam in instructione catechetica, in missionibus internis etc. etiam de eorum hac obligatione. Si quilibet fidelium in vita sua tantum unius errantis conversionem mereretur, haereses et schisma unica generatione desinerent. Fidelibus (sicut et Ecclesiae) non liceret factum justum et immutabile aspicere haeresium existentiam, sed esse mutare tenerentur eo posse.

(d. Apostolatus educationis ..) - Status imprimis in educatione deberet Ecclesiae in omnibus adiutorio esse, integram instructionem quoque principis catholicis reformando: In scholis non sufficit solum catechesim urgere, sed ceteras materias quoque omnes spiritu catholico debent tradi, tum in elementaribus et mediis, sicut et supremis scholis. Docentes vero omnes, tam ludii magistri, quam professores universitatum, (saltem post aliquod tempus, incipiendo a superioribus scholis et universitatibus) non nisi catholici debent esse posse, qui officia sua post fidei professionem tantum acciperent. Qui errorem essentialem docet religiosum, non potest bene facere auditoribus et in eis lumen incendere, sed (etsi forse inconscie,) male agit! - Docentes omnes et cursum theologicum iis acomodatum persolvere deberent, ut docere possint

Imprimis philosophia et historia tum naturalis, tum adhuc magis universalis et nationalis debent sensu catholico doceri. Philosophia in scholis non nisi aeterna catholica debet proponi posse, arcendo a cathedra (tum mediis, cum supremis) omnes errores ultimorum saeculorum. Infelix status Europae hodiernae magna ex parte philosophiae anticatholicae est adscribendus. (Homo per cognitionem horum errorum non est factus perfectior, sed infelicitior!) - Maximi momenti est methodus historiae nationalis proponendae: natiolatria hodierna et ultimorum decenniorum fere in omnibus statibus Europae ex hac falsa instructione est orta: historia nationalis alebat quam maxime spiritum chauvinisticum, superbiam et egoismum nationalem, despectum et odium inimicae nationis. Pro critica historica imprimis mensura unice et certe vera, catholica nempe deberet adhiberi. Nunquam liceret falsa magnitudo hominum extolli: non ille est vere magnus, qui etiam vi et fraude "gloriam" propriae nationis sine respectu ad Dei praeccepta operabatur, sed etiam in historia nationum ea sunt maxima opera, quibus Dei gloria quaerebatur. (Vix Angli e historia sua nationali intelligunt eorum maximum meritum historicum fuisse, non quod ipsi ultimis saeculis quartam partem terrae sibi subjugarunt (saepe fraude et crudelitate) vel quod hoc saeculo Germaniam bis devicerunt, sed quod saec. 7-8, Germaniam ad fidem convertebant.) - Pro historia universali sequens consideratio debet fundamentum praebere: in historia Deus graditur inter homines, eos iudicando, adjuvando, puniendo, elevando. De omni facto iudicium Dei debet inquiri et ejus intentio. Magnitudinem hominum quoque mensura Dei dimetire debemus; hac mensura multi pseudomagni e historia generis humani evanescent (non tantum Marxi vel Hitleri, sed et Lutheri et multorum aliorum quoque statuatae et nomina v. gr. viarum e vita publica expellerentur et ad exemplum V. F. memoria damnaretur eorum). Historia veram magnitudinem et perfectionem tantum aestimare debet, ut magistra sit vitae, non mortis.

In historia peccata regentum, imo quorundem pontificum quoque nec dissimulari, nec excusari, sed catholice explicari debent et ut exempla horrenda proponi. (Johannes XII., Alexander VI., Gard. Richelieu et Mazerin contra fidem!) In historia naturali theologia psalorum deberet iterum atque iterum repeti: "coeli enarrant gloriam Dei" (Astronomia), "in conspectu Dei montes exultant ut arietes et colles sicut agni ovium, flumina vero ad hoc plaudunt manu" (Geographia), "ligna fructifera et omnes cedri, bestiae et universae pecora, serpentes et volucres pennatae laudent nomen Domini" (Botanica et Zoologia) etc. Hae scientiae omnes Dei existentiae argumenta praebent.

(... et propagandae publicae:)- Adultos vero status educat legibus et formatione opinionis publicae, praesertim omnibus mediis sic dictae propagandae: prelo et literatura, theatris et spectaculis cinematographicis, emissionibus radiophonicis et instructione extrascholari, quae omnia iudicia catholica de qualibet re communicare debent. In his omnibus falsa principia de autonomia artium (l'art pour l'art) et de libertate preli et opinionis communicandae aboleri debent: nemo habet jus errores nocivos, ante omnia religiosos (haeresim, infidelitatem, athaeismum etc.) spargere et peccata docere, cum per hoc proximis quolibet materiali bono pretiosiora bona rapiuntur (imprimis veritas maximi pretii ac prudentia), artes vero non possunt independentes ab ordine morali. Non tantum literatura obscaena, sed etiam elationi et vindictae nationali favens, egoismum et odium chauvinisticum nutriens, abortus vel divortium defendens etc. prohiberi debet. Qui publice scribere volunt (literatae journalistae etc.) deberent explicatiorem cursum dogmatico-moralem persolvere. (Comunistae idem pro errore suo exigunt, imo omnes cives ad hoc cogunt, pro veritate id majore jure praescribitur!)- Abusus cum "cinema" certe facillime et celerrime a statu possent aboliri; at dum haec realisari potest, etiam privatum catholicum "boycott" a RR. Ordinariis praescriptum partim saltem effectum habere potest: sive actualiter singulorum operum sive habitualiter aliquorum theatrorum visitationem prohibendo. - Status non nisi mittentes radiophonicos catholici spiritus deberet permittere, at dum hoc fieri potest, Ecclesia deberet ex propriis mediis tales instruere (ubi hoc possibile est). In statu vero catholico quilibet eppus deberet proprium mittentem habere (vel ad usum privilegiatum saltem jus), ut supremus pastor dioecesis cum oibus suis quolibet tempore immediate communicari posset. (Ecclesiae parochiales vero e-

jus allocutiones parochiantis deberent mediare posse.) Solutio simplicissima esset integram educationem et propagandam publicam vigilantiae Ecclesiae subordinare et juris ecclesiastici canones de editione ac censura librorum (saltem ad tempus, dum opinio publica catholica fiet) etiam civiliter codificare.

2. Programme sociale:-(a. In genere:)- Programma harum factionum in solvendis quaestionibus socialibus et oeconomicis esset quidem liberum, saltem in concreto, at ibi quoque deberent systema maxime ideale quaerere et omnes quaestiones spiritu catholico solvere. Ante omnia quaerant totam doctrinam Ecclesiae socialem realisare, at retineant quoque quidquid in diversis systematicis bonum est, juxta illud S. Pauli: "quod bonum est tenete". Si factio in hoc puncto alicubi deficeret, hoc etiam fidei (puncto I.) infavorabile esset. Vix non ideo Deus permisit, ut revolutiones sociales ultimorum saeculorum etiam contra Ecclesiam pertinaciter ductae fuere, quia ipsa medio aevo, cum maximam auctoritatem habuit pro hac quaestione sociali solutionem spiritui catholico correspondentem proponere neglexit. Non tantum servitus pagana contradicebat quem maxime spiritui Christi, praecepto caritatis et sensui fraternitatis catholicae, (ideo Ecclesiae contra inhumanam servitatem Negrorum in statibus Americae latinae severiores debuisset leges ferre, nec eam tam diu tolerare) sed etiam feudalismus medi aevi. Hic nempe jura majoris partis incolarum regnorum quem maxime coarctabat; millie hominum pro unico domino laborabant, ut ipsi bene sit, cujus voluntati (etiam malae) ipsi sine tutela traditae fuere, jure eorum neglecta sunt saepe de toto. Vite glebae edscriptorum certe nec homini, adhuc minus christiano fuit digna! Hoc systema magna ex parte reliquum fuit societatis paganae populorum ex Oriente migrantium; jam melius antiqua servitute, at adhuc semper antichristianum. Cum Ecclesia non satis intendebat hoc systema spiritu catholico perneare et mutare, cum plebes hoc sociale jugum frangebant, etiam Ecclesiae nocere intendebant, eo quoque magis, quia multi ejus representantium (etiam non pauci pontifices) spiritu sempiterno systematis infecti fuere. - Duo systemata postea evoluta quoque reprobanda essent, quae Ecclesia partim damnavit: Capitalismus (illimitata libertas oeconomica privatorum) et Communismus (exaggeratus Capitalismus status). Hic ultimus prouti hodie in concreto realisatur, vix melius est servitute pagana; at primus quoque societati valde est nocivus. Quo magis humanum genus multiplicatur, eo rationabilius debent bona terrae inter singulos dividi, ut omnibus sufficient. Ita humanitas semper magis alicui Communismo appropinquat. Communismus in abstracto consideratus etiam catholica critica idealis deberet dici, si non basi athaeistica realisatur, non spiritum odii classium alit et personam privatam non omnibus juribus ejus spoliat, sed caritate communem possessionem bonorum intendit temporalium. Non tantum pro religiosis, sed etiam pro simplicibus fidelibus supernaturalis, imo et pro omnibus hominibus naturalis perfectio consistit imprimis in obedientia et in interna independentia ab externis bonis (i.e. in paupertate in spiritu). Summum praeceptum vero caritatis non sinit cumulationem bonorum materialium approbare, dum multi "fratres" inopia et egestate laborant. Ideo doctrinae catholicae et philosophiae verae magis convenit status aliquis auctoritarius communisticus (certe caritate plenus), quam regimen capitalistico-liberale cum illimitata libertate bona cumulandi. Ita vita statuum imitari deberet vitam familiarum, vel forse magis vitam communem maxime idealem ordinum religiosorum: Sicuti in societate domestica et adhuc multo magis in religiosa, ita etiam in statibus cives ad hoc deberent educari, ut non tantum, nec imprimis pro materiali recompensatione officium suum impleant, labores suos peragant, vocationi suae satisfaciant, sed ex obedientia, ex servitio communitatis, ex sensu sociali, imo etiam ex servitio Dei. Status vero ex altera parte civium suorum omnes indigentias justissime, abundanter et spiritu caritatis implere deberet, corespondenter cujusque officio. Num hic Communismus totalis idealis unquam in futura historia generis humani de toto realisari potest et humanitas integra unquam ante finem mundi sicuti familia unica vel societas religiosa vivet, cum jure dubitare possumus, ob naturae humanae nativam debilitatem ex originali peccato ortam; at hoc ideal semper magis attendi et ei magis-magisque appropinquari deberet. Factiones catholicae ideo aliquem mitigatum Communismum intendere debent, saltem cum set magna limitatione proprietatis privatae, super quem limitem bona communia essent omnium civium. - Principium fundamentale harum factionum hoc terreno esset: bona terrae non tantum in commodum aliquorum paucorum condita sunt, (sive principum et feudalium, sive capitalistarum, at nec membrorum alicujus factionis politicae tantum v.gr. Communistarum vel Nationalo-socialistarum), sed ideo, ut omnes homines vitam homini rationali et christiano, filio Dei adoptivo condignam ducere possint. Ideo statui non liceret immensas differentias sociales tolerare, sed deberet justiore et aequaliore divisione bonorum legibus intendere et realisare. Id exigit etiam finis potestatis legis: haec potestas non ideo est, ut legalem tutelam praestet paucis, ut illi concupiscentiae oculorum pacate indulgere vel luxuriose in deliciis vivere possint, sed ut statum efficaciter adjuvet in finis ejus assecutione, qui est: bonum commune omnium ejus membrorum operari. Hoc vero non nisi mitigato Communismo superius exposito (vel quod idem est: status et non privatorum capitalismo seu feudalismo mitigato) facillime realisatur.

Jus proprietatis agnoscere status jure divino obligatur, saltem quoad essentiam hujus juris; at si possessiones privatae in concreto revisioni subicerentur, quasdam reprobare debemus circumstantias, praesertim originem et ambitum magnarum divitiarum. - Non semper sedulitas et parsimonia bona acquisivit, sed origo magnarum opum saepe irrationalis, imo etiam injusta fuit. In feudalismo fundamentum latifundiorum partim virtutes bellicose fuerunt: ob a-

licujus fortitudinem rex ipsum magnis possessionibus muneravit. At haec virtutes nec semper vere christianae virtutes fuere, saepe tantum vis corporalis, physica, immo non raro et crudelitas erat.-- In capitalismo ex technisatione vitae non (prouti par fuisset) imprimis integra communitas, sed pauci tantum opes cumularunt ob astutiam eorum, saepe etiam cum injuria in operarios: systema integrum tale fuit, ut materia iners, possessio mortua (et machina) incomparabiliter majorem partem lucri habuit, quam labor personarum immortalium. Ita origo opum non erat in feudalismo et capitalismo sine exceptione. Omissa indagazione originis opum, earum actualis ambitus quoque reprobari deberet: non raro pauci quidam singuli plus bonorum habent, quam decena, immo centena millia familiarum simul; magna pars vero hominum vix aliquid possidet. Haec inaequalitas immensa non tantum spiritui fraterno contrariatur, sed etiam sociali justitiae; imo magna massa hominum sine possessione, "sine radice oeconomica", magnus numerus proletariorum etiam paci et securitati sociali periculo est. Ordinata et pacifica cohabitatio hominum tunc tantum possibilis est, si omnes homines bene et secure fundati sunt oeconomice, si stabiliter radicem in terram mittent per privatam possessionem. Ideo status deberet pro privata possessione certos limites statuere, bona vero citra hunc limitem partim inter "proletarios" dividere, partim "communia possessionis" declarare: si duces statuum vere probi, justi ac caritate pleni sunt, qui imprimis et sincere communitatis bonum quaerunt, tunc ex mitigato capitalismo status populo multo majus lucrum exurgit, quam ex capitalismo privato. Ita nempe non tantum pauci fient ditiores, sed integra communitas civium.

(b. Pauca quaedam in specie:)-*Vix quidam sociologorum divisionem latifundiorum privatorum in aliquibus statibus factam irritare vellet. Factiones catholicae idem deberent intendere etiam in ceteris statibus (praesertim densius habitatis), ut agri imprimis iis fructus ferant, qui eos colunt. Status classem agricultorum, qui semper primum fundamentum statuum constituunt, etiam aliter fovere debent: pretium fructuum terrae relate ad id fructuum industrialium favorabilius debent determinari; operarii vero (famuli) in agricultura quoque socialiter magis deberent defendi, quam hucusque etc.-*

In statibus catholicis non nisi status et Ecclesia deberent magna latifundia habere posse. Possessores pristini magnarum possessionum eo partim restitutionem habere possent, quod iis plus bonorum relinquitur, quam ceteris agricultoribus, posteris vero eorum per generationes privilegiatum locum habebunt in provisionibus officiorum publicorum in latifundiis publicis status.-- Status deberet opera industrialia (fodinas, fabricas) omnia (vel saltem majora et magis lucrativa) quoque expropriare et pro omnibus operariis (simplicissimis quoque) meliorem conditionem ex lucro creare sociale: domos familiares proprias omnibus, assiguratam senectutem, adjumentum in aegritudine et etiam materialem cooperationem in educationem prolium.- In operibus vero privatis accipiant ex lucro possessores et actionarii relative multo minus, operarii laborantes multo plus, quam hucusque. (Si ad hoc lucrum proprium operis non sufficeret, status deberet defectum supplere ex "fondo sociali", ne operarii privata opera omnia relinquunt, ut statui servant.)

Fere in omnibus statibus via ferrea et cursus publicus negotia sunt publica status, cur non possent etiam opera (saltem majora) industrialia status proprietates fieri? Possessores pristini operum expropriatorum eo imprimis recompensarentur, quod suprema officia in his operibus iis et (supposita scientia necessaria) posteris eorum conferentur.-- Si bona fides et voluntas hominibus possessores duceret, problema defectus laboris faciliter solvi posset; manente (vel forse etiam aucta) mercede operariorum, laborent jam conducti per brevius tempus et augeatur numerus eorum; hi novi vero munerentur ex parte lucri, quae hucusque actionariis obvenit.

Remuneratio quoque officialium et docentium publicorum ac militum fere in fere omnibus statibus solvitur: salarium initiale est tam exiguum in infimis gradibus, quod ex eo vix quis vivere potest, differentiae vero inter gradus singulos aequo majores sunt: cur habet v.gr. magister quidam ludi in scholis elementaribus plus quam decies minorem mercedem, quam professor quidam universitatis? vel cur est apud milites disproportionio adhuc multo peior? (succenturio:dux) Huius falsae solutionis consecrarium practicum est: homines non audent matrimonia intrare, extra illud ducunt vitam sexualem, imo fere coacti sunt matrimonio abuti. - Fiant salaria initialia relative multo majora, differentiae inter singulos gradus minores, quam hucusque.

Cum cura de familia condenda non tantum matrimonium inituri (et ejus parentum) de alenda familia et educandis prolium vero non tantum patris familias deberet esse, sed etiam status, ipse legibus pro omni vocatione salarium praescribere debet familiare (ut pater familias eodem labore tres vel quinque proles alere possit, quo unam, quin se "superlaborare" cogatur) et supplementum familiare quoque pro officialibus (praesertim minoribus) publicis augere debet.

Brevi: in integra vita sociali factiones catholicae bonorum justiore divisionem debent intendere, ita ut omnes cives non tantum minimum existientiale, sed etsi non aequale, tamen suae familiae abunde sufficientem et suae vocationi correspondentem partem habeant bonorum communium. Jam hic insinuo, quod status quidam suos proprios cives ob paritatem bonorum vix sufficienter ditare poterint sine praevia justiori divisione bonorum terrae inter nationes.

Saepe obicitur contra divisionem bonorum, quod ita multi etiam indigni bona acciperent, qui ea postea iterum dissiparent.- Obicientes tamen obliuiscuntur facti, quod inter pauperes multo plures inveniuntur digni et virtuosius, quam indigni, imo divisio etiam hos partim saltem converteret. Propter indignos etiam dignos damnificare divisionem possessionum denegando, non liceret. Ceteroquin status deberet de familiis indignorum quoque curare, ne eas ob vitia patris (ebrietatem, prodigalitatem, pigritiam etc.) famem pati cogantur. Dissipatio vero bonorum impediri posset, si ea immobilia (saltem partim) inalienabiliter traderentur novis dominis (ad exemplum divisionis Palaestinae).- Contra Communismum vero auditur, eum favere pigritiae.- Certe in quolibet Communismo alii potest pigritia et sat multi hoc vitio indulgere tentati essent; at hoc malum correspondente educatione magna ex parte amoveri potest. Nec obliuisci liceret, quod in feudalismo et capitalismo multi dabantur, qui vita integra vix aliquid laborabant; nec praesertim facti, quod in praeterito homines multo plus fuerunt passi ob paucorum superbiam, illimitatum egoismum et concupiscentiam oculorum, quam in futuro passuri essent ob pigritiam multorum. (Etiam bella magna ex parte ex his vitiis sunt orta; etiam duo ultima ex parte Angliae et USA ad annihilandam concurrentiam industrialem ducta.)- Status deberent proportionem sanam inter industriam et agriculturam servare, necnon insanam evolutionem magnarum urbium impedire. Item deberent bona mineralia etiam pro futuro condere; qui prodigalissime "materiam crudam" (oleum minerale, ferrum, carbonem etc.) colit et multo super necessitatem actualem fabricat societatis, ideo tantum ut personaliter eo divitior facturus esset, furtum potest committere contra generationes venturae, pro quibus quoque Deus haec bona creavit. (Populorum multo major pars in quolibet regno non ex industria, sed ex agricultura deberet vivere.)- In educatione civium status curare deberet aestimationem sociale[m] laboris corporalis reformare; cum quilibet operarius persona est ad eandem vitam et filiationem divinam vocata, etiam verretor viarum honorem meretur, eo quoque magis, quia ejus quoque labor societati necessarius est.- Operarii vero laboris gravis corporalis specialem honorem merentur etiam publicum; labor nempe in praesenti ordine poena quoque est, satisfactio pro peccatis; at non est conveniens, si praecise illi operarii minime aestimantur, qui hunc characterem laboris maxime sentiunt et per eum pro seipso ac aliis Deo maxime satisfaciunt. (Bonum medium fuit ad hanc aestimationem communicandam servitium laboris juvenutis, quod tamen in concreto proh dolor immorali modo praescribatur a Hitler, Mussolini et Communistis.)-

In Italia divisio possessionum jam inde ab annis decisa est, at adhuc semper non fuit executata. (In Hispania et Gallia quoque desideraretur hoc.) Non deberet Communismus athaeista expectari, ut hanc rem de se maxime aequam realiseret. Cum paupertas maxima sit meretrix, vita moralis maxime periclitata pauperum districtorum quoque celerrime justam solutionem sociale[m] exigit. Ecclesia vero ob hanc quoque rationem talem divisionem non frenare, sed quam maxime urgere et accelerare debet. Vix non ideo in Oriente multi clerici fere mendicare coguntur, ut luant negligentiam generationum praeteritarum, quae in hac quoque quaestione negligenter pauperum causam protegebant.

(c. Divisio bonorum ecclesiasticorum):- Cum Ecclesia independentem a statu jus habeat bona terrena possidendi, statui non liceret ea saecularizare et expropriare. Ubi hoc tamen evenit, status ibi damna reparare teneretur. At Ecclesia ipsa sua propria bona inter suos servos justiore proportionem deberet dividere. Quod de inaequa divisione bonorum in statu vidimus, valet etiam de bonis Ecclesiae: In Transsylvania v. gr. parochus Claudiopoli per decennia uno mense plus redditum habuit, quam multi parochi in dioecesi per octo annos; et talis proportio alibi quoque saepe habetur. Can. 1495 jus proprietatis pro personis moralibus ecclesiasticis quoque statuit, at hoc jus non deberet valde urgeri, sed fructus beneficiorum justiori modo debent inter ecclesiasticas personas dividi: Etsi possessores beneficiorum divitum plus fructuum accipere possent ceteris clericis, praecceptum caritatis et aequitatis prohibet, quominus aliquibus clericis onus realis paupertatis imponatur, dum in dioecesi beneficia divitia habentur. Pii fundatores beneficiorum quoque in aeternitate magis gauderent, si eorum fundationes imprimis elationi et egoismi sacerdotali inservirent, sed caritati fraternae.

- Sine ratione Deus nihil facit permittitque. Vix non ideo Deus saecularisationem bonorum ecclesiasticorum fere ubique permisit, quia possessores illi non secundum suam voluntatem utebantur: Praeter neglectam caritatem, etiam si dei adjuvandae parum dederunt, praecise divitiores. Non tantum missiones non satis adjuvarunt, sed et in patria prelum catholicum neglexerunt. Non in uno statu sat catholico per decennia institutionem diariorum catholicorum neglexerunt, licet aliquando ex redditibus aliquot beneficia episcopalis vel capitularis hoc facillime potuissent facere. Hodie quoque deberent plures mittentes radiophonici catholici dari, et Roma excepta nullibi habentur. Cum possessores beneficiorum sponte fructibus eorum nolunt uti secundum voluntatem Dei, Ecclesia eos legibus ad hoc moveat: adjuvet clericos pauperiores et exigit census Apostolicos et missionarios determinatos ex fructibus superfluis.- Cum N. T. caritatis est foedus et non justitiae (ac fidelitatis, quod fuit V. T.), in legislatione ecclesiastica majorem ambitum deberet habere praecceptum (non concilium) caritatis. Si Ecclesia societatem caritate renovare intendit, prius Ipsa debet super eam fundari. (Ceteroquin in statu quodam ideali, de toto catholico, Ecclesia sine possessionibus quoque vivere posset.)

3. Ubinam instituantur hae factiones?—(Fines earum proximi in politica sic dicta externa!)- Tales organisationes politicae ante omnia in omnibus statibus mundi deberent institui, ubi catholici majoritatem constituunt, (in pluribus statibus Europae et Americae), at simul etiam in iis, in quibus minoritas catholica sat numerosa est.— Fines proximus internationalis vero earum esset: reorganisatio catholica Europae et Americae, restauratio in Christo et Petro vitae internationalis horum auctorum continentium.—

(a. In Europa!)- in Europa imprimis in statibus catholicis Occidentis deberent hae factiones institui: in Gallia et Italia, in Hispania et Lusitania, in Belgia et Austria. In statibus catholicis Europae Centralis (in Hungaria, Cechoslovacia et Polonia) sine praesepio politici murosione favorabili nihil incipi potest, cum ibi non datur libertas politica. (Idem valet de minoritate catholica sat magna in Rumania et Jugoslavia.)- Cum Germaniae Occidentalis incolae prope dimidia parte catholici sunt, ibi quoque multum juvaret factio quaedam catholica! haec pars cum Austria uniri posset, forse pretio Berolini, in Centro Europae exurgeret status sat magnus novus catholicus!). In Anglia tunc tantum deberet minoritas catholica factionem propriam instituere si prius lex electoralis mutaretur: factionibus sedes in parlamento non deberent assignari juxta suffragia pro singulis circulis electoralibus separatim numerata, sed summam pro universo regno sumpta. (In Britannia locum habet factio: ibi osteroquin spiritus etiam gubernii hodie sat catholicus est.)- In ceteris statibus pro tempore nec initia incipi possunt factionis talis. Hae factiones vero intendere debent catholico fundamento Europam unire (et ad hoc quoque partes catholicas convertere).

In historia ultimarum saeculorum vix natio quaedam alia tam aultum contra familiam Europaeam et humanam deliquit, sicut Anglia: Per bella cruenta et injusto praetextu ducta (b. opii vel Buricum etc.) indigenos aliorum continentium sibi subjungavit et crudeliter exploravit (in America magna parte eos etiam extirpavit); eoa exemplo in christiano suo a vera fide deterrebat etc. In Europa principio aequilibrum nationibus pro lubitu contra invicem utebatur: Russiam egoistica a portibus calidis reprimebat; monopolum industriale injuste intenebat et ad hoc nec immania bella ultima abhorrebat; tam ampla territoria possidebat, qualia nec in saeculis incolis frequentare poterit, et tamen denegavit spatium vitale Germaniae arctissimum dilatare et hodie quoque (in Canada et Australia) legibus injustis immigrationem flavorum impedit etc. Certe etiam eorum imperium dissolvetur, sicut huicque jam innumera, et vix non jam proximo bello, quod ita etiam hujus populi oculos aperiet. Tunc primo ibi catholica restauratio vere haberi poterit, et catholici erunt tunc, obligati peccata praeterita sui populi recardare. At factio quaedam catholica jam hodie quoque hanc aetatem praeparare posset et etiam internationaliter aliquid pro Ecclesia realisare, si sedes in parlamento proportionate saltem numero catholicorum acciperet. Hodie 21 catholici sedent in parlamento Anglico, at 61 corresponderent numero fidelium. Ut tamen factio effectum habere possit, prius hodierna lex electionis mutari deberet: sedes non secundum circulos electorales deberent dividi, sed pro numero sumario suffragiorum in universo regno. Hodie factio operatorum cum 51% in parlamento dominat, licet tantum 43% suffragiorum omnium reportabat. Juxta hodiernam legem catholici in paucissimis circulis electoralibus victoriam (et consequenter sedem) ex electionibus reportarent.—

Status Pyrenaeici post Hungariam maximum tributum sanguinis pro patria et fide solverunt. Etsi et ipsi maxime deliquerunt crudelitate contra indigenos in America et servos Negros, tamen territoria ab ipsis occupata de toto ad fidem converterunt. Hodie gubernia eorum in Europa maxime catholica sunt quidem, at problema sociale radicaliterolvere negligunt.— In Europa saepissime ultimis saeculis Gallia decertabat pro vana gloria; imprimis Ludovicus XIV. et Napoleon Mala sors fuit Europae aemulatio Gallico-Germanica, quae ultimis quattuor saeculis pacem familiae Europaeae saepissime evertit. In Europa status omnes vere aequales deberent esse, etiam minimi; at inter pares nationes in Occidente primus locus Germaniae competeret, tum historice, tum praesertim eo majorem numerum incolarum ejus. Verum aequilibrium in Europa non obtinebitur, nisi si Germania suum locum competentem accipiet. Gallia non deberet potestatem se majorem habitualiter humiliare et sibi subdicere velle. Spiritus concordiae et mutuae confidentiae deberet inter eas regnare. Hic primus locus tamen non potest agnosci, nisi Germaniae converseat; Germania deberet injurias spirituales in ceteras nationes commissas resarcire. Descensus in infernum hodiernum Europae et mundi magna ex parte Germanorum est demeritum triste. Primos gradus Luther descendit; post eum vero innumeri philosophi et theologo Germani conabantur homines semper profundius in errores infernales detrudere. Hodiernae tenebrae spirituales (exceptis aliquot philosophis Angliae et Galliae, imprimis Encyclopedistis) magna parte in Germania inventae sunt. Etiam Marx et Engels ibi suam doctrinam eolverunt. Catholicis Germaniae occumberet obligatio hos errores dissipare et scandalia reparare, ut inde oriretur sanatio, unde ortum suscepit venenatio. Primus gressus ad conversionem est agnitio, conscientia proprii peccati. Germani intelligere deberent errorum acceptationem non perfectionem, sed imperfectionem esse et ideo Luther, Kant, Hegel et lanumeros alios non eorum gloriam et superbiam, sed confusionem et ignominiam fuisse, ac ipsoe obligatos esse, omnes hos errores detestare et abjurare. Ad hoc deberet eos movere et perducere factio quoque catholica veritatis intemerata enuntiatione et opinionis et vitae publicae mutatione imprimis per novam catholicam legislationem.

Vitium fuit sat magnum et infelix pro Germania et Europa, quod partes Germaniae catholicae (imprimis Bavaria) postquam a. 1806. ab Austria separatae fuerunt, a. 1849 et 1872 sponte suprematiam Borussiae agnoverunt. Ita sane majoritati protestanticae tradidere; sine hoc facto bellum culturale contra Catholicos in Germania et persecutio Hitleri vix tam crudeliter saevisset. Si finis belli saltem vitium hoc correctum fuisset et saltem Bavaria cum Austria unum fuisset, aera Hitleri et bellum vix (vel saltem non tam celeriter) evenissent. Etiam hodie multo melius esset, si Germania Occidentalis potius cum Austria, quam cum Borussia (et Berolino) collaborare intenderet et solum postquam vita publica "recatholicata" in his provinciis fuit, quaerent Borussiae sibi unire et convertere. Haec unio Germanorum catholicorum vix non etiam sine bello fieri posset (et probabilissime saltem Berolini traditionem Russiae exigeret; ego pro illa etiam zonae Britennicae partem orientalem usque ad fluvium Weser traderem, et tunc fructus esset Germania occidentalis cum majoritate prope 70% catholica).-

Multum loquuntur ultimis temporibus de Republica Unita Europae Occidentali, quae idea esset domini Churchill. Cum auctor ejus vix est vir principis catholicis ductus, consilium hoc cum critica et retentione tantum accipi deberet: quid quaerit in parte maxime catholica Europae respublica falsis principis massonico-democraticis superaedificata? Cur excluduntur ex hac unione non tantum Europa Centralis et Orientalis, sed et Germania et Hispania quoque? Puto et spero hanc unionem non fore realisandam vere nisi basi verae fidei (probabiliter post bellum tantum).-

Unicum fundamentum vitae communis familiae Europaeanae non nisi fides catholica esse potest, ex quo oritur justitia christiana et caritas fraterna. Si non fide fundantur status, paci stabili cives frui non valent. Sine fide ordo juris ridiculus et potestas civilis caret fundamento: homines sunt sicut bruta, inter quae unica vis physica determinat. Imprimis ideo fides vera in his statibus debet ab omnibus gubernis accipi et tunc nationes pacifice juxta invicem vivent. Solum civilisatio christiana basis sufficiens esse non potest: ipsa nempe est aliquid mere naturale, quod hominibus nunquam satis claritatis et vis moralis praebet ad quaestiones communes rite videndas et solvendas. Ratio mere naturalis solutiones evangelicas de se videre non potest, nec voluntas de se eas realisare. Adhuc minus potest esse haec basis conscientia exagerrata nationalis, nam haec nationes non unit, sed dividit et contra invicem armat (prouti historia ultimi temporis satis monstrabat). Non Germaniam, Angliam vel Galliam debent nationes et gubernia super omnia quaerere (prouti ipsi spiritu hymnorum nationalium eorum fere ubique agebant), sed Deum! et tunc etiam seipsos omnes in unitate caritatis inventient. Pro ordinata vita Europae internationali unica basis datur, illa, quam Christus Dominus posuit: Petrus, fides catholica.

Duces alicujus societatis etiam graviter contra membra delinquere possunt, si pro bono minoris pretii bonum majoris valoris societatis commutant. Jamvero singulorum et nationum quoque bonum maximum vera fides est, majus bono culturae et civilisationis, necnon potestatis et divitiarum. Religio non est causa privata tantum, sed est negotium maximum publicum. Ideo quaelibet actio politica, quae ob emolumentum temporale (male intellectum) nocumentum fidei infert, non tantum Deo et Ecclesiae, sed et ipsi populo injuriosa est, saepe etiam graviter. Hoc respectu pax Westphalica (a. 1648) fuit in historia Europae una ex injustissimis: principia ibi accepta, quae postea basis facta sunt vitae communis in Occidente, retrahi deberent. Dei et Ecclesiae ac populorum ad veram fidem jura nunquam praescribentur, nec per usum contrarium 300 annorum! Injuriae etiam habituales reparari debent.

Europa ideo quoque unionem catholicam intendere deberet, ut suum momentum pristinum in mundo recipiat. Aemulatio Gallico-Germanica et egoistica politica aequilibrii Angliae nationes Continentis saepius in fratribellum destrudit. His bellis internis Europa atomata est, et USA ac Russiae praepotentes facti, hodie in mundo ductores sunt. Europa non nisi unita poterit de novo in mundo ductrix fieri, unio vero haec non nisi basi fidei verae historice et practice efficaciter possibilis est; solum fides valet animas interne desarmare et spiritu verae caritatis munire ac fraternitatis. Hoc fundamento vero unita, Europa adhuc per saecula mundi historiam determinare posset. Etiam ex hac ratione deberent Ecclesiae et duces populorum conversionem nationum Europae ad veram fidem intendere. Hoc respectu non liceret oblivisci, quod non tantum problema existit Communismi (qui ceteroquin quoad partem economicam sat bonus esset, si majori temperantia et caritate realiseretur), sed et illud haeresium, quarum sequaces decies plures sunt Communistis. Imo et quaelibet aerae liberalis inconscie etiam animas fidelium venenabant. Hi falsi sensus et spiritus omnes e corpore Europae expelli deberent, ad hoc, ut ipsa sanetur; resuscitetur spiritus fidei medii aevi et fide restituta orietur pax vera. Hoc tamen tunc tantum fuerit, si gubernia quoque ad hoc cooperantur; si ea omnia in Europa catholico spiritu ducentur.

Quoad solutiones concretas: In Europa imprimis aliquot monarchiae catholicae haberent locum, non valde multae, ne vis ei potestas "familiae Europaeanae" per superdilacerationem valde debilitaretur. Institutantur unitates majores historice vel nationaliter unitae et uniantur confederative eae inter se et politice. Omnes vero status Europae communi basi fidei sint ad extra uniti.

Ubi plures unitates nationales confoederative unirentur, quilibet earum aequa jura habere deberent, solum persona supremi Regentis et quaedam communes qucestiones eas unirent. Non essent sub-, sed coordinatae.- Resuscitetur ante omnia S. Imperium Romanum cum tribus membris aequae principaliter unitis: Germania unita, Italia unita, Regnum restitutum S. Stephani (v. fasciculum separatum). Instituatur de novo Status Ecclesiasticum (at inter limites angustiores, quam initio saec. elapsi; v. punctum sequens).- Nationes Slavicae in unum vel ad summum duos status deberent uniri.-

Forma regiminis in Europa convenientius non republica, sed monarchica debet esse. In abstracto posset quidem esse, quod etiam republica sub cujusdam ducatu praesidis ideam status catholicam realiset, attamen de facto republicae multo liberaliores sunt. Ex illis aliquot centenis praesidibus, qui hucusque status Europae et Americae duxerunt nec naturaliter excellentes multi fuere; spiritu fidei plenus nec unus eorum fuit (Garcia Moreno excepto). Nec populi adhuc tam maturi sunt, ut vere secundum principia unice vera possint eligere aptissimam personam. (USA sese extollunt, acsi eorum populus "politice valde maturus" esset, at revera non nisi pueris possunt comparari in suo lusu electorali. Idem dic de ceteris nationibus.)- Reges ad suum munus rite educati multo magis bonum populorum operari possunt. Monarchis constantiam quoque supremae directionis regnorum magis garantat, quam saepe iteratae electiones capitum supremorum. Ecclesia ideo statum praesidium nunquam consecravit sua benedictione, (ad summum orabat pro eis) quae personalem constantiam supponit, sed regum utique. Ideo in concreto ideae catholicae magis correspondent monarchicae (praesertim cum etiam Ecclesia monarchice instituta fuit). Populus vero per suos delegatos rite electos (sec. principia superius exposita) et ipse in supremo regimine statuum partem habere potest.

Pro monarchis catholicis aptissime eligi possent filii imperatoris et regis (I. resp. IV.) Caroli Habsburg et pro eis etiam propaganda institui. Pater sancte vixit et sanctius mortuus est; liberos optime educavit. Familia cum omnibus domibus regalibus catholicis (etiam cum dynastia Bourbon) cognata est, et in historia Ecclesiae pro fide tuenda maxima merita sibi acquisivit. Pro Europa Centrali (pro Imperio Sacro) saltem et pro Regnis Slavis imprimis eligi ipsi deberent. Forse posset cum iis conventio iniri similis conventioni cum B. Carolo Magno: Ipsi parati essent omni medio Ecclesiam propagare et defendere, Ecclesia vero sua parte adspiraciones et regimen eorum adjuvat. Quoad Imperium Sacrum: Italia unita sibi unire deberet etiam Italiae Helvetiae, quae inter status vicinos dividi deberet.- Germaniae vero uniri debent Luxemburg, Austria et partes Germaniae Helvetiae (imo forse Hollandia cum Wallonia ex Belgia quoque; ceteras partes Belgiae et Helvetiae Gallia sibi incorporare deberet).- Iterata vice impedire voluit Gallia unionem omnium Germanorum, at injuste: si Italia et ceteris nationibus talem unionem permiserunt, imo eis ad hoc etiam adjutorium praestabatur, idem non liceret Germania prohibere. Actus guberniorum et desideria populorum in historia et politica non a sensu caeco, sed a ratione (fide illustrate) deberent inspirari et duci. Haec ratio vero omnibus nationibus eadem jure adjudicat, etiam devictis, quae si eis non praestaretur, vera pax in Europa nunquam nasceretur. Prouti in Italia unita et in Gallia ducatus et principatus mediis sevi in unum statum imbibiti fuere, ita etiam in Germania autonomis exaggerate singularum provinciarum tolli deberet ad unionis vim augendam. In hac unione non Borussia deberet esse prima inter pares, sed ob majora merita historica circa fidem Austriae. Ad Orientem limites fraterna et mutua conventione deberent determinari (forse linea fluviorum Wartha-Vistula).- Tria membra S. Imperii non subordinata, sed coaequalia essent et imprimis persona Imperatoris unita.

Num praeter haec tria regna etiam alia huic sacrae confoederationi unirentur an non; decidere nescio. Prouti Regni B. Caroli pars integralis fuit etiam Gallia, ita posset ipsa hodie quoque huic unioni sese adjungere, simul cum aliis statibus (Status Iberici, Rumenia ad Orientem dilatata); Anglia vero unionem intenderet cum partibus Anglosaxonibus Americae.- At possent etiam aliae uniones concipi: Anglo-Gallica (pro qua revera bellum centum annorum gessum fuit) Iberica (inter status Peninsulae Ibericae et Americae Ictimae). De se offertur Confoederatio Scandinavica: Danis, Suedia, Norvegia, cum Finlanda et Estonia ad orientem dilatatis).- Turciam ex Europa expellendam esse puto.- Peninsula Balcanica imprimis Graecis, Albanis et Rumenis (ac Hungaris) deberet pro vitali spatio inservire. Cum territorium a Slavis habitatum pro eorum numero valde amplum est, Slavos meridionales omnes (vel saltem Bulgaros et Serbos) evacuerem citra lineam: Vistula-Carpati-Bug; etiam Bohemos et Slovacos. Slavia deberet territorium sufficere inter Vistula et Jenissei; pars orientalis Siberiae populis Asiae esset spatium vitale. Nationes Slavicae vel unicum regnum, vel duas Uniones (Polono-Ucrainicam et Russicam) deberent constituere. Status hi quoque a monarchie catholicis deberent duci, secus vix implebitur propheta B. M. V. de Fatima, de conversione Slavorum.

(Quid hodie jam fieri potest via pacifica?) Haec nova Europa non nisi ex ruinis politicis alicuius novi belli exurgere potest; sine novo bello reorganisatio catholica totius Europae vix unquam possibile erit. Ecclesia ideo usque tunc terrenum deberet praeparare in omnibus statibus, ut ex oriundo bello ipsa victrix evadat. Quaedam tamen vix non jam hodie quoque via pacifica realisari possent et haec realisare Ecclesia conari deberet, imprimis ope UNO.

UNO non est quidem organisatio idealis catholice considerata, at si deputati catholici mundi ab ipsa per sua gubernia quaedam exigerent, vix non in favorem fidei acciperent. Si UNO anno 1946 Russos ex Iran expulit, cur non posset etiam liberationem statuum devictorum partim saltem ab occupatione Russica obtinere? (Imprimis Austriae et Hungariae)-

Juxta pacta pacis anni 1946 tenentur Russi status devictos post pacem cum Austria contractam quamprimum relinquere. Ideo deberet "quilibet lapis moveri", i.e. quilibet conatus fieri, ut pax cum Austria contrahatur. Ut haec pax fiat libentius deberet et urbs Berolini (imo si necesse esset, etiam pars Zonae Britannicae) occupationi Russicae offerri. (Caput Protestans, Niemöller declaravit se libentius victurum esse in Germania Sovietica, quam catholica; fiat eis!) Statibus devictis liberatis, instituitur ubique electio libera. In Hungaria liberetur Em. Card. Mindszenty et ipso praeside instituitur plebiscitum de restauranda dynastia Habsburg. Si Graeciae, Belgiae et Italiae agnitum fuit jus de forma regiminis decidendi, cur denegabatur idem jus iterata vice Hungaris? Praestetur adjutorium quam maximum morale tendentis revisionisticis Hungarorum, ut eis partes olim Hungaricae a Rumania et Jugoslavia imprimis restituantur. Haec partes in majoritate catholicae fuere, ne cogantur vivere sub regimine schismatico! (Forse partim plebiscito posset hoc obtineri, vel melius mediante UNO; si charta foederis nationum post primum bellum permisit revisiones contractuum, etsi in concreto hanc nunquam fecit, cur non posset et UNO tales revisiones agnoscere et exsequi?) - Austriae detur quoque facultas dynastiam Habsburg revocandi et cum Germanis occidentalibus sese uniendo. Haec duo regna (Hungaria + Germania catholica) minora possent esse semina Imperii S. et centra ulterioris cristallisationis catholicae politicae. - In ceteris regnis magisterium ordinarium doctrinaliter imprimis animas praeparare deberet annuntiando obligationem politicae catholicae et docendo imprimis thesiam de universali fraternitate catholica.

Germania imprimis erga Hungariam ex justitia quoque obligata esset ipsam cum damno quoque proprio ab occupatione Russica liberare; Hungaria non nisi coacte bellum Russicae declaravit; sine hac coactione Germaniae inde a Russis non fuisset occupata. Ut nunc a consuetario hujus coactionis liberaretur, Germania ex proprio deberet territorium ad occupandum offerre (si aliter Hungaria a Russis non posset liberari!). - Quoniam praetextu Polonia et Cechoslovacia a Communistis liberari possent pacifice, nescio: hi status catholici nempe non sunt devicti. -

(b. In America:) USA sunt certe hodie unum ex regnis importantissimis mundi; dolendum tantum est, quod non spiritu catholico sunt recti. In hoc regno catholici paulo sunt plures 20%, Protestantes circ. 35% habent. totidem circ. non agnoscunt ullam societatem religiosam, ceteri vero sunt Judaei, Pagani etc. - Catholici sunt conscii et caritate pleni; hoc monstrant annis quoque elapsis, licet prope quater pauciores sunt catholicis Americae latinae, tamen plus donorum miserunt fratribus suis pauperis, quam hi; (licet et ipsi non ad classem divitum pertineant.) - Populus quoque sat bonae fidei esset, si non praefudicis protestanticis et massonico spiritu educatus fuisset. Certe habent et ipsi duces bonae fidei et moraliter incorruptos, vita tamen communis vix a Catholicis approbari potest. Juxta incunabulum status nascituri obstrices steterunt: Rationalismus, Deismus, sectae massonicae et protestantes, et ideo constitutio et vita communis horum characteres praeseferunt. Maximum influxum in vitam communem protestantes habent (etsi non sunt in majoritate absoluta jam), imo et Judaei (circ. 5%) majorem habent influxum, quam catholici. Spiritu Puritano seipsos populum primum, justissimum et sanctissimum esse putant, at quod S. Pont. Leo XIII. de "honestate assimilata" massonum dixit, de ipsis quoque valet. - A Catholicis non tantum leges matrimoniales et educationis, sed et sociales reprobantur debent: libertas oeconomica et abusus capitalismi ibi sunt maximi, legislatio inter status occidentales ibi praeseferunt minimum sensum sociale; explorare vellent orbem integrum et intendunt monopolium industriale omni modo (etiam bellis et annihilatione industriae devictorum) etc. Eodem tempore propaganda pharisaica pulcherrimis phrasibus tegunt suam veram intentionem. Levitas vitae moralis, prelum immorale, adoratio mammonis, supraestimatio opum terrestrium etc. vero characteres sunt spiritus Judaeorum. Ex una parte absolutus indifferentismus regnat erga sectas, contra catholicos vero sustinentur usus laedentes: lex non scripta prohibet, quominus vir catholicus ad munus praesidis eligi possit, in pluribus statibus non licet publice habitum portare religiosum, licet eodem tempore permittant amentissimum morem habitum ferendi (hoc ceteroquin nec in Polonia vel Hungaria hodie sovjetica adhuc prohibitum est); gubernium eorum non vult cum S. Sede concordatum inire, nec regulares relationes diplomaticas fovere (delegatus personalis praesidis apud S. Sedem non plus est regulari relatione, sed minus); propter Judaeorum oppressionem etiam bellum gerebant in Europa, contra persecutionem catholicorum in Mexico nec vocem elevavere apud vicinum. Nec hodie eis tantum dolet de persecutione catholicorum in Oriente, sicut ante decennium indignati fuerunt ob Judaeorum decies pauciorum insectationem "Sankee" - s contra medicos Germanos amentes euthanasia occidentes processus dixerunt, in sua patria vero tribunalia idem delictum permittunt. Duabus vicibus sese immiscuere in quaestiones Europae, at solutiones latae non fuere justae, (adhuc minus christianae); imprimis ipsi sunt de his solutionibus responsabiles et ipsi debent eas mutare (ac restituere). - Haec omnia (et multa alia, de quibus nec notitiam habeo) Catholici reprobare deberent, praesertim abominanda est hypocrisis publica. Christus Dominus vehementius invehebat in hypocrisis

sim Pharisaeorum, - Lc.18.- quam in Athaeismum Sadducaeorum. Ibi quoque valet: melius est frigus tepiditate (Apoc.3.)- Ibi quoque ideo institui deberet factio catholica, ut pugnet ultimam pro ideali statu catholico.

Haec factio ad modum "Centri" in Germania operari deberet. Post bellum primum absolute considerando Centrum non habuit tam multos fautores, quam haberet in USA talis factio (in USA prope 30 mill. contra 23 mill. in Germania olim), etsi ibi relativus numerus multo minor est (21% loco 33% in Germania). "Centrum" suo tempore fuit quasi lingua staterae politicae, aequilibrium vitae communis determinans. (Ipsam frustravit etiam Communismum in Germania post primum bellum) In USA quoque magnum influxum in vita publica tale Centrum exercere posset, et in electiones decisive influeret; ultima electione praesidis in USA circ. 40 mill. electores ad urnas accesserunt, talis factio vero saltem 15 mill. electorum numeraret ex catholicis tantum, at forse etiam acatholici plures essent ejus asseclae. Haec factio optimum medium apostolatus esset in USA; cum anima humana naturaliter christiana (-catholica) est et per hanc factionem principia catholica publice annuntiarentur, multi bona fide errantes eo sese converterent, quod programma catholicum et veritates catholicas intemperate annuntiata audirent. Num v.gr. programma sociale factionis non multos alliceret? vel si factio (prouti par esset) pro juribus coloratorum quoque (negrorum, flavorum, mixtorum) decertare proponeret, an non multi ex his despectis ad fidem venirent? Fractio haec ita etiam ad fidem propagandam contribueret multum. Efemeres pluries referebant, quod USA in 50 annis propter majorem fertilitatem populationis catholicae in majoritate catholica fiet; at Ecclesia imprimis non naturali generatione, sed supernaturali conversione sese extendere deberet. Jam multo melius fuit nuntium, quod nuper legi, anno elapso in USA plus quam 10000 acatholicos conversos fuisse. Factio vix non numerum horum conversorum quoque valde auget. - Finis talis factionis esset ultimo totam constitutionem regni mutare, confessiones semper magis reprimere et vitam integram catholice reformare, proxime vero intendere deberet Ecclesiam ex suo humili, "helotico" statu elevare, agnitionem S. Sedis constantem et de jure (ac concordati contractionem) exigere, omnes usus sensum catholicum laedentes abolere, programma temporale, sociale catholicum pro posse realisare etc. Fratribus vero suis catholicis in Europa efficacissimum adjutorium etiam politicum possent praestare, non tantum, prouti laudabiliter fecerunt, charitativum.

Status Americae Meridionalis et Centralis catholici etsi simul fere eandem populationem habent ac USA et Canada (status protestantes), vix aliquod momentum habent. Paucis exceptis ita saltant, prouti Anglia et USA ipsi tibi cantant; per funiculum mammonis illuc ducuntur, ubi "reges Dollarum" volunt. Cum quoad extensionem, divitias et populationem aequivalent Americae Nordicae protestanticae, si non in 12 status essent divisi (minimos status Americae Centralis ut unum considerantes), sed ad summum 2-3 status constituerent, momentum quoque politicum aequale habere possent. Unti et principis catholicis reformati, cum Europa catholica resp. conversa formam mundi determinare possent. Unti etiam independentiam suam contra USA oeconomicam, politicam et spiritualem facilius servare possent et contra falsum Communismum etiam sine USA cum successu decertare possent. Ibi factiones post catholicam purgationem vitae communis hanc unionem intendere deberent. Demum ex suis immensis territoriis vacuis status Europae dense habitatis majora compacta territoria ad nationalem immigrationem tradere deberent. (Imprimis Germaniae 3-4, Italiae 2-3 milliones Km/2. etc.)-

Factiones deberent catholicae institui etiam in Canada et Australia, ubi minoritas catholica relative major est, quam in USA (33 resp. 25%); et praesertim in Insulis Philippinis, ubi Catholici circ. 90% constituunt.

Defensores capitalismi saepe provocant ad miram prosperitatem USA, qua ad argumentum pro systemate hoc. At haec prosperitas non systemati debet attribui, sed alios fontes habet. Omnis alii: territorium USA est (tum quoad minerales thesauros, cum quoad fertilitatem divitissimum, ac proportionate valde raro habitatum et a populatione oeconomia raptus exploratum. Si in Europa Occidentali loco 270 mill. tantum 50, vel in Indiis loco 380 mill. solum 75 habitarent, ibi quoque melior esset conditio materialis incolarum. - USA praeterea explorant fere exclusive Americam latinam et partim Asiae et Africae divitias. (Ubique florem lactis ipsi edunt!) - Ex bellis quoque immensum lucrum reportabant; maxima pars auri mundi in eorum crumenam migravit. - Inde origo harum divitiarum reprobanda est; egoismus infrenatus et concurrentia illimitata. Ibi quoque systema ideale esset illud a pluribus theologis medi aevi laudatum, quo in Oriente Boleceviae abutuntur: Communismum nempe universalem, ope cujus immense divitiae regni non tantum paucis, sed omnibus civibus, imo universo generi humano inservirent ad miseriam in mundo sublevandam. Si hodiernam infavorabilem proportionem populationis Germaniae ad suum territorium (188 habit. pro Km/quadr.) ad USA applicaremus, ipsi soli circ. 2/3 partes hominum orbis alere deberent. Juxta hodiernum statum oeconomiae hoc est paulo exaggeratum, attamen ibi certe 5-ies, 6-ies saltem plures homines prosperitate sufficienti pacate vivere possent, si bona eorum rite dividerentur. Ideo non liceret paucis quibudam tantum his magnis bonis frui exclusive. Vertente saec. XIII. haerese Albigensium partim eadem tendentiam habuit, quam hodie Communismus falsus. Deus contra eam excitavit ut medicum S. Franciscum Ass. Hodie quoque idem est antidotum, quod Sanctus tunc praescripsit: Communismus catholicus ex spiritu fraternitatis pullulans. Hoc valet etiam in USA!

III. Status Ecclesiasticus. - Gubernium Ecclesiae supremum internationale.

Vidimus in antecedentibus factiones catholicas in Europa Statum Ecclesiasticum quoque resuscitare debere. Hujus status extensio non deberet tam magna esse, sicut fuit ultimis saeculis suae vitae, at nec tam parva sicut hodie, sed continere deberet in se territorium Patrimonii S. Petri, vel quod idem fere est, territorium dioecesium suburbicariarum. - Hic status non deberet esse aliquis germanus status Italiae, et ipse Italus, sed internationalem characterem deberet habere, tum quoad cives, cum quoad gubernium. Cum in centro catholicitatis, in corde Ecclesiae omnes nationes mundi domi deberent esse, Urbs et Status Ecclesiasticus internationalis, i. e. proprietates omnium nationum deberent esse. Magna pars Italarum paulatim ex ea evacuari deberet (praeter districtum eis assignatum), nationes vero conversae omnes (non tantum v. gr. Europae) fines sibi proprios assignatos accipere deberent, ubi sua propria officia centralia, collegia, diversoria, hospitalia, templa, nosocomia, instituta educationis etc. haberent. (Non liceat ex hac divisione excludere nec Senenses, Japonenses, Indios, Negros etc. sed eis quoque territorium sat magnum assignari deberet, et quidem non juxta numerum hodiernum conversorum suorum tantum, sed juxta numerum absolutum civium, qui, sperandum est, omnes aliquando convertentur.) Partes vero principales Urbis communes essent. Item communis pars quaedam autonoma sat magna deberet Organisationi mundialis catholicae tradi, ad sua officia ad mundi gubernationem temporalem destinata collocanda. (Italiae Unitae residentia Mediolanum deberet esse.) - Brevi: Roma vere centrum mundi deberet esse: religiose per S. Sedem, civiliter eo, quod Organisatio internationalis ibi resideret. Si Urbs per tempus, progrediente mundi conversione, parva esset, ceterae partes Status Ecclesiastici possent "internationalisari", inter nationes dividi. - Caput etiam civile Status (excepta parte internationali organisationis civilis), naturaliter Summus Pontifex esset. Ejus immediatae protectioni deberent demandari etiam loca sacra in Terra Sancta. (Palaeestina ceteroquin internationalis "reservatio" (=ghetto) deberet esse Judaeorum, exceptis locis sacris et viis ad ea.)

(Census Apostolici:) Expensas hujus status et supremi gubernii Ecclesiae solvere (nec non onera operis missionarii portare) deberet integer populus orbis totius catholicus, non tantum, nec principaliter ex facultativis donis fidelium (per nummulos S. Petri, per minuta missionaria, et per taxas), sed ex Apostolicis censibus pro cujuspiam redivitibus determinandis et simul cum dioecesanis tributis solvendis.

Qui pro quadam communitate laborant, jus habent a membris hujus communitatis redditus necessarios percipiendi. Ita etiam supremum gubernium Ecclesiae non tantum ex facultativis donis deberet sustentari (quae nec ab omnibus fidelibus proportionate ad suas facultates solvuntur et summam sat parva sunt), sed ex obligatoriis censibus pro cujusvisque fidelis possibilitate determinatis. Populus vero catholicus praeterquam ex caritate erga suos supremos pastores et eorum supremos collaboratores, etiam ex justitia teneretur haec Apostolica tributa ad sustentationem supremarum Congregationum solvere.

Census vero pro opere missionario non tantum duplex caritas exigeret: ut nempe gloria Dei quam maxime promoveretur et errantibus commiserantes adjuvaremus, nec tantum obligatio sat gravis gratitudinis pro maximo dono fidei verae sed etiam obedientia praeecepto Christo missionario praestanda. Christus Dominus imprimis quidem Apostolis et personis ecclesiasticis, at secundo etiam omnibus fidelibus praeecepit, ut in opere missionario partem habeant pro posse. Cum Dominus ab Ecclesia sua nihil tam resolute expectat, quam conversionem omnium populorum ad veram fidem, ad hoc maximum et commune pensum solvendum omnes fideles debent pro sua facultate contribuere, non tantum orationibus et operibus meritoriis diversarum virtutum, sed mediis etiam materialibus. Cum haec media sat magna esse debent, (inter infideles etiam charitativam actionem quam maximam possibilem reddere debent et scholarum sustentationem) per munuscula parva facultative data, Ecclesia vix huic suo muneri satisfacere potest. Ideo omnes fideles deberent ex redivitibus suis non tantum siculos, sed pro posse sat magnam partem pro hoc scopo offerre.

Breviter: Onera communia alicujus societatis ab omnibus membris ejusdem portari deberent, obligatorie et proportionate. Gubernium supremum Ecclesiae onus est commune totius populi catholici, item immensa onera missionum. Ideo fideles communiter deberent omnia haec onera portare, solvere. Status vero Ecclesiae amicales ei auxilium praestare debent, ut ipsa haec tributa a fidelibus accipiat, imo et ipsi ex propriis mediis ad haec onera solvenda contribuere deberent. Usque dum hoc possibile erit, Ecclesia jam nunc a beneficiis ecclesiasticis et sacerdotibus talia tributa exigere deberet.

Quaestio ulterior stricte non a factionibus politicae est decidenda, sed unica a Summo Pontifice dependet. Cum vero Summus Pontifex feliciter regnans haec terreno primos gressus jam sponte fecit, puto eum reverenter petendum esse et audeo quoque hoc humiliter facere, ut gressus acceleret, ut bello exituro hujus quaestionis quoque solutio vera plene realisari possit. Petoque omnes RR. Pontifices et simplices fideles, ut petitioni mese sese adjungat, petendo Summam Sanctitatem, ut a facie Ecclesiae velemus cujuslibet particularismi nationalis removere dignetur, ut ita ejus mira universalitas (=catholicitas) splendore fascinante ex activo quoque principio eluceat.

(Gubernium supremum internationale Ecclesiae:)- Ecclesia secundum voluntatem Dei et Christi catholica, i.e. universalis, internationalis esse debet, tandem aliquando omnes nationes terrae in sinu suo materno unire debet. Deus jam patriarchis hoc promisit, prophetae et psalmista vero vix alium characterem futuri regni Messiae tam saepe celebrabant, quam miram ejus universalitatem. Christus Dominus et Apostoli quoque saepissime de ea loquuntur. Haec Ecclesiae universalitas nota est ejus essentialis, qua ipsa quolibet tempore ut vera Christi societas religiosa cognosci potest. Etiam hodie ipsa sat clare elucet in principio passivo, seu in populo recto; in activo tamen principio, seu in gubernio Ecclesiae supremo nunc temporis deest.

Etsi expansio Ecclesiae essentialiter quoque major esse posset, ipsa tamen multas nationes convertebat et fere in omnibus nationibus mundi filios habet. Societatis cujusdam tamen principium determinans est illud activum, gubernium ejus supremum nempe, quod maxime in oculos quoque cadit. Ideo etiam hoc in Ecclesia catholicum, i.e. internationale esse deberet. Eo, quod episcopatus universalis est, indigenus, nationalitati gregis in dioecesi correspondens, nondum impletur haec indigentia, sed regimen supremum quoque internationale deberet esse, in hoc quoque omnes nationes aequum jus deberent habere.- Ultimis tamen saeculis in supremo regimine ecclesiastico usus quidam particularis invaluit, qui quidem ad tempus ex motivis imprimis practicis (ac historicis et financiariis) justificatus erat, at nunc temporis, quando genus humanum vitam suam etiam naturaliter semper magis super planum internationale degit; aboleri deberet. Puto nempe usum, juxta quem negotia suprema Ecclesiae fere exclusive ab Italis ducuntur. Inde ab Hadriano VI. (+1523) Summum Pontificatum non nisi Itali obtinuerunt; usque ad ultimum tempus S. Collegium in majoritate membrorum Italicis constituebatur; in Ss. Congregationibus (praeter paucos officiales minores, maxime consultores) non nisi Itali negotia ducunt; in corpore diplomatico Ecclesiae inde ab ortu instituti nuntiaturarum usque ad ultimum tempus tantum Itali Ecclesiam repraesentaverunt, (ultimo tempore fuere quidam Angli et Americani ad tale munus delegati); lingua vero officialis fere magis Italica est, quam latina, tum in Congregationibus, cum in nuntiariis.

Pro his usibus certe debentur etiam rationes suadentes, at hodie jam locum non deberent habere. Pro pontificatu Italico, imprimis ultimo saeculo persuasio, quod in statu quodam Italo Ecclesiae inimici sensus pacatus vivet Italus, quam alienigenus.- Ob practicas difficultates proficiendi, Summus Pontifex consiliarios suos imprimis ex immediata propinquitate elegit, ut facilliter ad manus essent; ideo S. Collegium imprimis ex Italis constituebatur.- Cum cives Status Ecclesiastici de facto Itali fuere, officiales Ss. Congregationum et Nuntiaturarum ex iis electi fuere, et desinente Statu Ecclesiastico hic usus, partim ob facilitatem usus unius linguae vivae, retentus est.- Attamen haec et omnes aliae rationes vix tam stringentes sunt, ut hodie quoque hic usus retineri deberent et Ecclesiae supremum gubernium etiam in futuro negotium internum Italicum sit. Catholicitati Ecclesiae nullus particularismus nationalis vere convenire potest, ideo deberent hi usus mutari.

Populus Italus (excepto saeculo ultimo et dimidio) fidei semper fidelis fuit, hodie est fere exclusive catholicus, (vel saltem non habet aliam religionem, nam Communismus non est strictae religio.) Ecclesiae multos magnos sanctos et pontifices donavit, hodie quoque magna pars missionariorum ex eo exurgit, etc; ideo quaedam praerogative cum jure sibi vindicat. Numerum tamen ejus fidelium considerando, non nisi decimam partem constituit totius populi catholici; ideo monopolium ad regendam Ecclesiam habere non deberet. Est Ecclesiae pars antiquissima et ideo praecedentia quaedam ei competit, at cum pars sit tantum et non ipsa tota, exclusiva jura suprema minime habere deberet.- Ultimo saeculo magna pars hujus populi (certe prelo massonica seducta) tam ingratus erga S. Sedem sese monstravit, sicut paucae aliae nationes; ac si illud Evangelii demonstrare voluisset: "Nemo propheta in patria sua".- Si prophetiae privatae fidere possemus, quae partim etiam S. Job. don Bosco attribuantur, argumentum maximum ingratitudinis in futuro non tam longinquo adhuc dabit: (certe a propagandistis Communisticis seductus) S. Pontificem e centro Ecclesiae expellet et ejus collaboratores ac multos sacerdotes occidet.

Certe S. Pontifex est simul necessarius et jure divino episcopus Romae, at hoc munus ejus est inter munerum sua minimum et accidentale, principale et essentialiale est: illum esse Vicarium Jesu Christi pro universo orbe; successorem Apostolorum principis et ideo caput collegii episcoporum; patrem universi populi catholici communem et Summum Pontificem universae Ecclesiae. Haec essentialia, principalia et incomparabiliter majora non deberent semper et habitualiter secundario et accidentali cuidam (etsi necessario) subordinari, ita ut nationalitas possessoris munerum supremorum in Ecclesia semper secundum aliud quod parvulum officium accessorium determinetur.

Si papatus historiam consideramus; per prope sex saecula ex ultimis 60 Summis Pontificibus tantum unus Hadrianus VI. fuit alius nationalitatis; antea per item sex saecula ex 100 papis prope 25 inter eos unus ex maximis successoribus S. Petri: S. Gregorius VII.; antea per prope quinque saecula inter 70 circ. 15; maxime intellexit catholicitatem primaeve ecclesiae: primis tribus saeculis ex 30 papis dimidia pars non fuit Romanus, sed ex omni natione conversa electebatur (licet tunc etiam simplex populus in electione vocem habuit); fuit inter eos Africanus, Syrus, Graecus, Thracus etc. At nec hoc sufficere deberet!

Ecclesiae universalitas tunc tantum vere victoriam reportabit, quando aequa possibilitate practica ac Italus (et sine admiratione fidelium) ad supremum regimen non tantum filius cujusvis nationis speciei albae (sive potentissimae v.g. USA, sive minoris cujusdam: v.g. si unquam magnus filius Hungaricae nationis, Em. Card. Mindszenty liberaretur, vel cujusdam nationis Europae ac Americae), sed etiam Senesis, Japonensis, imo etiam Negritus eligi poterit. S. Collegium ultimo tempore in majoritate ex membris non Italis constituitur, licet eorum relativus numerus adhuc maximus sit. Efemerides scribebant de augendo numero Cardinalium; peti deberet S. Pontifex ut haec dispropertio adhuc in melius mutaretur. In aucto S. Collegio, in hoc supremo Parlamento Ecclesiae puto, quod etiam RR. Moderatores Generales Ordinum religiosorum in historia Ecclesiae maxime meritorum sine petaso rubro locum habere deberent. Non tantum Itali deberent habere jus honorificum Ecclesiam repraesentare, sed omnium nationum filii; cum S. Pontifex totius populi catholici communis pater est, honor illum repraesentare omnibus ejus filiis aequa jure obvenire debet. Item suprema officia centralia administrare quoque sacerdotes omnium nationum deberent posse.

Ecclesia decernat pro aequalibus juribus omnium nationum etiam minimarum; et Ipso deberet filiis suis cujuscunque nationalitatis eadem jura agnoscere relate ad suprema officia communia Ecclesiae. - Hoc etiam Ecclesiae ad bonum et lucrum serviret: ex 400 millionibus fidelium melius et facilius esset aptissimas personas ad officia maximi momenti dotis naturalibus et supernaturalibus rite instructas eligere, quam ex 40 millionibus tantum.

Aetas nostra est etiam plano naturali universalis et internationalis. Ecclesia, utpote jam inde a suis incunabulis catholica (-internationalis), pro qualibet organisatione internationali prototypus idealis, sequendus deberet esse. At hodierna constitutione et usibus actualibus particularibus imitandum exemplar non est. Pro UNO v.g. tales restrictiones a nationibus vix acceptarentur. Nec in constitutionem singularum statuum assumerentur (v.g. praeses in USA, ut semper e statibus Sudatlanticis fiat)

In Germania fideles Hungari Missionem Vaticanam interrogavere, num eis liceat societati cuidam, YMCA, nomen dare. Responsum fuit: Nihil prohibet quominus et fideles ingrediantur, dummodo in ea etiam catholicus summa officia obtinere possit. "Vir conscius etenim non adhaeret societati, in qua ipse ut membrum II. vel III. ordinis consideratur." - Ecclesia quidem non est societas libera, sed necessaria, in quam quilibet homo ingredi tenetur, attamen superius principium ibi quoque valere debet: filius cujuslibet nationis deberet etiam officia suprema obtinere in ea, ne dentur membra II. et III. ordinis! -

(Duo puncta connexa minoris momenti): - Si numerum consideramus Sanctorum ultimis temporibus canonisatorum, (non numeratis martyribus in cumulo canonisatis,) ii circiter dimidia parte Itali fuere. Hoc nullo modo intentione conscia evenit, sed est involutus effectus hodierni processus canonisationis. Dum primis saeculis quilibet episcopus fideles pie in Domino mortuos in catalogum sanctorum scribere potuit (quem catalogum postea Ecclesia auctoritate sua infallibili sancivit), hodie integer processus Romae ducitur. Inde propter difficultates practicas (financiarum) multo difficilior est nationibus a Roma longius habitantibus tales processus instituere et ad finem ducere. In nationibus ceteris nec sensus erga Sanctos tam incitatus et ardens est, sicut apud Italos. Ideo facilius Sancti Itali honorem altarium obtinent, quam ceterarum nationum Sancti, et consequenter ex Italis Sancti minoris gloriae celebrius adscribuntur catalogo canonisatorum, quam ex nationibus ceteris sancti majoris claritatis. V.g. S. Maria Goretti nuper canonisata, etsi certe meretur honorem Sanctorum, vix non minoris est gloriae, quam multi non canonisati ex ceteris nationibus. (Ut tantum quosdam ex mea natione nominem: Didacus Kelemen O.F.M. jam a duobus saeculis mortuus; eppi Prohaszka, Majlath et Toti ultimis decenniis mortui etc. Et certe idem dici posset etiam de Sanctis aliarum nationum.) - Remedium esset: Facilitari deberet agnitio etiam Sanctorum aliarum nationum, eo quod processus beatificationis (etsi non in qualibet dioecesi), saltem in qualibet natione (in majoribus nationibus etiam apud 2-3 tribunalia) tractari et decidi possit. Sanctificationis processus, qui infallibilitatis charisma supponit, etiam ulterius Romae duci deberet. Etiam sensus et aestimatio erga Sanctos in populis magis excitaretur et auferetur, si beatificatio solemnitas nationalis declararetur et in quodam nationali sanctuario vel in loco sepulturae Beati a capite episcopatus nationis (vel provinciae) in praesentia integri episcopatus promulgaretur.

Anno 1938 lucem vidit Collectio quaedam officialis precum indulgentiarum ditatarum in editione S. Poenitentiarum. In hac collectione (praeter prope 200 opera et 300 preces latinas) habentur plus quam 200 preces italico et 64 gallico idiomate, in aliis linguis simul tantum 8. Hujus dispropertionis unica est ratio: fideles longius habitantes non audent Patrem communem adire, ut ab Ipso pro suis precibus propriis indulgentiarum concessionem exorent. Cum tamen quaelibet natio margaritas habeat pulcherrimas pietatis ex una parte, ex altera vero collectio precum indulgentiarum ditatarum catholica (i.e. internationalis) non tantum pietatis, sed etiam sensus caritatis et fraternitatis maximum afferret augmentum, operi pretio esset, telem collectionem conficere.

Ideo episcopatus cujusvis nationis deberet ex thesauro nationali precum eas eligere, quae omnium fidelium interesse possent et S. Sedi eas ad ditandas indulgentiarum in favorem omnium fidelium proponere. (Preces particulares ad patronos et sanctos propriae nationis vi can. 239 § 1. n. 24. in commodum filiorum alicujus nationis etiam caput ecclesiasticum illius nationis, reep. capita, indulgentiis ditare valeret.)

(De lingua liturgica nationali:)- Quæstio hæc nullo modo est dogmatica, sed mere disciplinaria. Charisma infallibilitatis Ecclesiae non extenditur ad omnia præcepta disciplinaria et liturgica eo sensu, quod hoc charisma impediat semper quominus Ecclesia (aliquando etiam habitualiter) leges ferat minus utiles et prudentes. Præterea id quod aliquo tempore utilius et prudentius esse videtur, potest mutatis circumstantiis minus utile et prudens evadere. Juxta hodiernam disciplinam liturgicam præter linguas (pro sat arotis territorii) jam acceptas, ubique terrarum (etiam in missionibus) Rituale et Missale (ac ceteri libri liturgici) lingua latina apud omnes nationes mundi adhiberi debent.- Hoc videtur jam minime esse conveniens.

Fides catholica necessitate mediæ et præcepti tum singulis, tum nationibus ad salutem necessaria est quidem, at disciplina liturgica et lingua latina liturgicæ nequaquam. Nationes non habent jam hodie ad religionem de toto nationales jus, cum omnes gravissima obligatione teneantur religionem unicam revelatam Christi, catholicam nempe acceptare; at videtur tamen omnibus nationibus (saltem quæ evolutam linguam habent) jus (etsi non strictissimum, sed melius) æquitas naturalis convenire ad cultum in lingua materna. Ideo ulterius jam non deberet acceptatio fidei et linguae liturgicæ inseparabiliter conjungi.

Sacrificium quodlibet primario actus patriæ est quidem, attamen hic actus communis et publicus est, qui astantibus quoque emolumentum affert. Sacrificium non tantum sacerdos offert, sed cum illo universus populus quoque consacrificare tenetur et pro mensura participationis populus fructus salutares percipit. Hæc tamen participatio populi tum in adoratione, cum consequenter in fructibus exinde oriundis tunc tantum et eo magis conscia et abundans est, si et quo magis ipse intelligit quid ad altare agatur et dicatur. Ideo teste historia in fere omnibus religionibus etiam hi actus patriæ in lingua populi perficiebantur. Idem esset conveniens de sacrificio missæ quoque. In primæva ecclesia participatio populi ad missam vere vitalis fuit, imprimis propter linguam ab ipso intellectam; hodie populus valde perdidit in missa nexum cum sacerdote, ob linguam pro ipso inintelligibilem; præsertim rudi vix conscie cum offerente consacrificant.

Sacramenta magis, quam sacrificium ad bonum, ad sanctificationem animarum inserviunt. Si vero actiones et textus mysteria explicantes ab astantibus et accipientibus non intelliguntur, nec eorum fructus tam abunde percipiuntur. Ex opere operato conferunt quidem sacramenta gratiam, attamen quo major est accipientis dispositio, eo abundantius gratiæ per hos canales fluunt. Ritus vero (textus et actus) intellecti hanc dispositionem quam maxime augent. Non tantum verba communionis et confessionis sat brevia, sed et baptismi, extreme unctionis etc. magis intelliguntur et prosunt, si propria lingua audiuntur. - Benedictiones et sacramentalia omnia quoque magis accipientibus et eis utentibus prodesse, si illi textus orationum intelligerent. (v. gr. ritus sepulcræ defunctorum sacerdos non sibi, sed populo perficit etc.)

His (et certe aliis quoque) rationibus moti, Apostoli in mundum dispersi, non præscripserunt pro liturgia linguam hæbraicam (vel Aramaicam, qua lingua et Dominus noster formam sacramentorum et sacrificii missæ protulit), sed ubique pervenerunt, non tantum evangelii prædicationem tenere (forse per interpretes) lingua populi, sed et orationes publicas modo ab omnibus perceptibili permiserunt et per hoc fundamentum jacebant liturgiis nationalibus: pro Syris lingua syrica, pro Græcis græcæ etc. Non tantum ritus V.T. rejecere, sed et linguam (etiamsi textus quosdam v. gr. Psalmorum retinuerent), ne religio catholica secta quaedam videatur esse religionis Israeliticæ. Et si hoc non fecissent, si liturgia catholica hæbraicæ persolvenda fuisset, num Romani vel Græci sese convertissent? Probabiliter non! non tantum in 400 annis non, sed nec in 1000 annis.

Et per hoc pervenimus ad nucleum thesæos nostræ: liturgia nationalis est optimum medium apostolatus quoque. Etsi elementum constitutivum religionum doctrina est theologica, populus ad hanc medullam sæpe immediate non pertingit et magis allicitur a cultu, qui est irradiatio doctrinæ (-lex orandi, lex credendi). Cultus vero propria lingua magis attrahit, quam lingua alienigena. In historia missionum exitus parvus post 4 sæcula magna ex parte (etsi non exclusive, nec principaliter) liturgiæ populi convertendis alienigenæ est adscribendus. Conversio Imperii Romani a Paganismo tempore S. Leonis Magni ut terminata considerari potest; i. e. in 400 annis convertebatur territorium tam magnum circiter, sicuti hodie China, cum populatione, quæ 5. partem circiter Senesum constituebat. Et eodem tempore (inde ab activitate S. Francisci Xaverii) in China tantum 2.5 milliones, i. e. 0.5% populationis est conversa. Et idem valet de Indiis, Japonensibus etc. quoque. Prout in primæva Ecclesia imprimis splendidum exemplum fidelium homines ad conversionem movebat, ita in missionibus e contra pessimum exemplum Alborum (-nominatenus Christianorum) et vita eorum odiosa maximo impedimento fuit conversioni indigenorum. At postea (præter alias rationes minoris momenti) character alienigenus (-latinus) religionis novæ eos retinebat. Id quod Summus Pontifex Pius XI. fecit, jam dudum debuisset fieri: episcopatus indigenus debuisset consecrari inde ab initio. At nec hoc suffecisset: populi Orientis sat magnæ culturæ liturgiam debuissent nationalem accipere, vix primi eorum conversi fuere. (Forse non debuisset liturgia de toto nova exarari, sed Romana magis in suam linguam transplantari.)

Apostoli conversionem indigenorum generatim consecratione episcoporum inceperunt, quibus demandarunt constitutionem liturgiarum nationalium. - Quando Slavos S. Cyrillus convertit, eis (papa consentiente) propriam liturgiam dedit. Idem debuissent facere et missionarii in Oriente; at revera ipsi liturgiam latinam secum portarunt. Cur debuerunt Japonenses, Seneses, Indii etc. non tantum ad fidem catholicam absolute necessariam acceptandam, sed etiam ad latinam liturgiam, eis de toto alienam exercendam obligari? Ita religio a populo propter cultum alienigenum semper ut religio exterorum considerabatur. Populorum conversio ubique, in universo opere missionario multo celerior et copiosior fuisset in praeterito et fieret in futuro ope liturgiae nationalis. Quod S. Cyrillus inter Slavos, hoc debuissent S. Augustinus in Anglia, S. Bonifatius in Germania et tardius S. Adalbertus ac S. Gerhardus in Hungaria necnon Apostoli nationum Europae in nationibus ab ipsis conversis facere. At cum antea brevi S. Gregorius Magnus liturgiam certe pulcherrimam latinam definitive composuit, nationes convertendae magna parte latine intelligebant et eorum propria lingua minime fuit evoluta, omnes hi apostoli latinam liturgiam ibi introducere. Quando tamen hae nationes ad conscientiam nationalem evigilaverunt propriae, haec liturgia in suam linguam traduci debuisset. Protestantismi magni eventus partim ex usu liturgico linguae latinae a populo jam non intellectae explicari possunt. - Orto Protestantismo, Patres Tridentini errores omnes novae haeresis refutarunt, et hoc fuit essenziale. Tamen non debuissent hoc contenti esse, sed (approbante Summo Pontifice) concessionem quoque debuissent facere quoad usum linguae maternas in liturgia. Id debuissent facere, quod post prope saeculum et dimidium erga Schismaticos reversuros Ecclesia permisit: usum liturgicum linguae maternas. Si hoc fecissent, "reformatio" ulterius minus devastasset, vera reformatio multo majores successus habuisset et ex errantibus multo plures in Ecclesiae sinum reversi fuissent. Monarchi catholici concilio praesentes in hoc puncto majorem prudentiam monstrarunt, quam patres, qui adhaerendo linguae latinae inconscie ulterius detrimentum fidei permiserunt. Puto Protestantes non fore unquam turmatim conversuros, nisi eis idem jus agnoscat, quod vertente saeculo XVIII. Graecis unituris (imprimis Rumenis) permissum est: propria lingua (Germanica, Anglica etc.) actus liturgicos persolvendi. Item Schismatici vix aliter majori numero convertentur, ac si ulterius quoque propria lingua uti poterint.

At Ecclesiae non liceret tantum illis hoc jus agnoscere, qui aliquando inobedientes fuere: Schismaticis, Protestantibus, sed etiam filiis fidelibus. Etsi jus strictissimum naturale ad hoc probari forse non potest, Apostoli fundamento naturali nisi judicarent aequius et prudentius esse, nationibus conversis permittere, ut non tantum privatim et in cubiculis, sed etiam publice et officialiter propria lingua colant et laudent Deum et cum illo conversentur. Hodie, postquam linguae nationales evolutae sunt, permittatur earum usus liturgicus. Hoc est exigentia naturalis cordis humani. Communismus hodie officialiter magis Schismati, quam Athaeismo favet et nationales vellet ecclesias in statibus subjectis condere. Si exigentiae memoratae quoque satisfacit et liturgias nationales introducet (et non Russicam), partim saltem effectum obtinebit. Hungari in 2/3 partibus Catholici fuere, dum Protestantes circ. partem tantum 1/5 populationis constituebant; et tamen ob Hungaricam liturgiam multis in locis religio "reformata" nominabatur Hungarica (quidam affirmavere quoque Hungarum "verum" nec posse catholicum esse). Catholica religio est quidem universalis, at eodem tempore cujuslibet nationis "nationalis" quoque religio deberet esse. Hoc vero imprimis eo fit, quod lingua materna cujuslibet nationis sanctificatur et in liturgiam assumitur.

Sit inde lingua latina lingua officialis internationalis commercii Ecclesiae (praesertim litterarum) ulterius quoque, in liturgia vero admittatur ubique usus maternas linguae (exceptis forse cathedralibus episcopalibus et templis religiosorum et aliqua alia templa majora). - Fides catholica est quidem ad salutem necessaria tum singulis, tum nationibus necessitate medii et praeccepti, at liturgia latina nequaquam! Nationes non habent jam hodie jus ad religiones de toto nationales, cum omnes gravissima obligatione teneantur unicam veram religionem revelatam Christi, catholicam nempe acceptare; at videntur tamen omnes jus quoddam (etsi non strictum) in naturali exigentia cordis humani fundatum possidere ad cultum in lingua materna peragendum. Ideo non deberet jam ulterius inseparabiliter conjungi acceptatio fidei et latinae linguae liturgicae.

Dicitur: unicum linguam liturgicam latinam magis fovere et exprimere unionem cum Roma catholicam. At vere unitas Ecclesiae non in hoc consistit, sed externe in unitate regiminis, doctrinae fidei et essentiae cultus; interne vero in obedientia, eadem fide et vinculo unico caritatis (brevi: in vita gratiae). Ceteroquin unitas in liturgiis nationalibus quoque est exprimitur, nam eadem esset essentia, iidem invenirentur in eis actus essentiales; imo posset Romana de toto traduci liturgia, et tunc iidem actus vestirentur in diversae linguae. (Jam ideo quoque Romanae prae Graecam, nam ipse practica concinnitatem prae longitudinem alterius habet.) Ita mira splenderet unitas in diversitate, universalitas in nationalitate. Brevi: Ecclesia non est latina, sed catholica. (-internationalis), inde in ea omnibus nationibus et linguis eadem jura deberent agnosci.

Nec affirmatio valet "linguam mortuam" quandam magis defendere res sacras et mysteria inenarrabilia a profanatione, quam linguae usus quotidiani. - Certe primi Christiani et Apostoli quoque habuere sensum pro rebus, quae in liturgia tractantur, et tamen hic sensus minime eos impedivit, quominus linguam eo tempore vivam pro liturgia eligant. Actus liturgici deberent esse actus petitionis, -latriae et gratiarum actionis non tantum sacerdotis, sed totius populi quoque, et populus eo magis conscie hos actus ponit, quo magis intelligit, quid agatur et dicatur in mysteriis. Nec preces lingua populi recitatae semper cum jure dicuntur "modo profano sonare". Si quis preces liturgicas sive Orientalium, sive Protestantium audit (haec ultimae quidem invalidae, inefficaces et vacuae sunt quoad essentiam, attamen), nunquam dicere potest eas non sonare "satis sollemniter". Et certe augmentum devotionis et pietatis incomparabiliter majus et universalius, si eae preces lingua intelligibili proferuntur. Aliquoties scilicet sacrificiis Orientalium Unitorum lingua (Hungarica et praesertim) Rumena oblati. Ibi unio interna aeternitatis cum sacerdote et communis devotio miro modo per linguam ab omnibus intellectam effecta et expressa fuit. Ibi adstantium assistentia non fuit tantum mere physica et externa, sed etiam interna et vere liturgica. Vinculum inter animas fuit materna lingua, cujus verba in animis intime resonabant. Adstantes inde vere interno augmento spiritali in eam domum revertebantur. Ceteroquin ubique constitui potest, quomodo aliter, majori et intimiori fervore sonant cantus et preces materno idiomate, quam latine. Idem valet de missa quoque: Missa intellecta faciliat impletionem quoque praecipue assistentiae missae, dum non intellecta nauseam parit et ansam praebet omissioni praecipue.

Praesertim inde a tempore S. Pont. Pii X. conatur actio liturgica sensum liturgicum in fidelibus augere et eos movere, ut in missa "missam" dicant, textibus missae simul cum sacerdote orent, precibus liturgicis adprecentur. At proventus hucusque vix est sufficiens. In Hungaria v.g. vix 10000 Missalia hucusque venundata sunt, (i.e. nec 2% fidelium sibi unum comparaverunt), et audeo affirmare: haec actio hucusque nec in unica natione 10% fidelium apprehendebat. Actus liturgici vero non tantum paucorum electorum sunt, sed totius populi, et populus tunc tantum vere conscie his actibus participat, si ejus lingua hi actus peraguntur. Tunc nec tam explicatior institutio liturgica ad missam intelligendam necessaria est.

Id quod de lingua materna dixi pro actibus populi liturgicis, valet etiam de precibus liturgicis cleri saecularis: et ipsae deberent lingua intelligibili (materna) persolvi, ne fiant preces mere mechanicae. Certe non sunt haec preces personales, sed Ecclesiae, at Ecclesia non latina est, sed catholica, in qua omnes linguae eadem jura habere deberent. Ecclesia non spiritibus mundi constituitur, sed ex hominibus carne et sanguine compactis, qui naturaliter sentiunt et quam maxime propria lingua accendi possunt. Breviarium quoque nationali lingua deberet praescribi.

Pro clero saeculari (et pro populo a se recto) multo melius et majori lucro spirituali fuisset, si occasione reformationis Breviarii tempore S. Gregorii VII. non psalterium integrum qualibet hebdomada persolvendum retentum fuisset, sed integra S. Scriptura annuatim perlegenda (et vita Sanctorum quotidie legenda) praescripta fuisset. Hoc hodie quoque vix non melius esset. Psalterium tantum mensuatim deberet persolvi, in horae minores (imprimis in preces matutinas et vespertinas) distributum, S. Scripturae vero libri quolibet anno omnes legendi essent (cum brevi expositione et necessaria explanatione) et quidem idiomate materno.

Saepe extollunt (praesertim in Italia, etiam in circulis ecclesiasticis) id, quod Ecclesia a latinitate, a romanitate accepit, at partim saltem immerito. Certe Ecclesia a Romanis partim culturam haereditavit sat evolutam, populis novis communicandam, linguam quandam transsumpsit, quae facilitabat commercium et communicationem inter fideles diversarum nationalitatum, demum jurisprudentiam accepit valde evolutam, quae postea fundamento fuit totius vitae socialis christianae. Certe omnia haec naturalia bona fuere sat pretiosa, attamen exaggerata eorum accentuatio evolutionem vitae supernaturalis, imprimis in societate, impedivit. Lingua liturgica, uti vidimus partim nocuum in tulit fidei, jurisprudentia vero caritatem loco suo supremo depellebat. Ob naturalem justitiam caritas (praesertim in societate) negligebatur, et non ipsa pro fundamento vitae socialis ponebatur (nec in Ecclesia!). Caritas a personis tantum privatis exercebatur, non societas illam inculcabat: e legislatione jurisprudentiae "christianae" de toto exclusa manebat; summum praecipuum ad gradum consilii degradabatur. Ita mitiori quodam sensu dici potest: latinitas (romanitas) in Ecclesia (et societate christiana) fuit quasi cinis quidam, qui impedivit, quominus ignis (carbo) a Christo in mundum missus sese evolvere possit. Hic cinis protinus flari deberet, ut orbis terrarum ab igne caritatis Christi accendatur.

IV. Catholica Organisatio Mundi Politica, (COMP)

Occasione jubilaei cathedralis de Colonia dictum est: Europa non nisi Christianismo potest salvari. Effatum specificum, prouti etiam rhetor intellexit, scilicet de sola fide catholica, verissimum est, (ad summum quaeri potest quotnam auditorum illud ita intellexere?). Ecclesia, et ipsa sola, sine omnibus pseudo-ecclesiis, posset salvare Europam, imo et societatem humanam in universo orbe. Hoc tantum tunc eveniet, si hodierna UNO catholice rebaptisatur vel forse nova unio mondialis nationum catholicarum instituitur.

(a. Momentum et munus in genere hujus organisationis:)- Genus humanum vitam suam semper magis super planum internationale, immo intercontinentale degit. Propter progressus technicae semper majores integer orbis terrarum semper magis unus erit, fere unica magna civitas: nunc politica nationalis interna de toto independens ab extra dari vix potest. Ideo necesse est ad ordinem totius orbis tuendum quaedam internationalis organisatio, quidam "superstatus" mondialis, qui regulas vivendi in hac magna civitate determinet et praescribat. Multo ante philosophiam profanam vidit et docuit necessitatem talis organisationis ethica catholica; dolendum tamen est, quod ipsa non spiritu catholico realisata fuit; post I. bellum in Unione nationum et post bellum recens in UNO. Post primum bellum organisatio imprimis Galliae et "entente"-is fuit medium ad conservandam suam potestatem (partim injustam); hodie vero ad hoc servit, ut aspirationibus Anglosaxonum semper consensum praebet, ad omnia: "Amen" dicat. Talis organisatio omnium nationum mundi jura deberet tueri efficaciter et non tantum quorundam electorum.

Jam ante ultimum bellum Communistae quoque in Kominform in vitam vocarunt aliquam organisationem internationalem, quae mundum basi athletica fundare intendit. UNO multo melior est, attamen nec ipsa idealis est: Anglosaxones, primarii genitores UNO-nis, sunt imbibiti ideis sectae massonicae, (quae inter eos nata, ab ipsis maxime propagata erat, ubicunque eorum influxus pervenit,) ideo etiam UNO his ideis superaedificabant. UNO v.g. inspirantibus USA, incipit jam Mohamedanismum et Konfutsianismum, Buddhismum cum Brahmanismo eodem jure tractare ac confessiones christianas; religiones omnes non nisi ut fructus culturae nationalis considerat et per hoc negat divinam revelationem supernaturalem universalem et unice obligatoriam. Dum Kominform totalem defectionem a fide propagat, UNO totalem indifferentiam religiosam incorporat. Utraque intendit faciem terrae ad suam (partim saltem falsam) speciem renovare; at nulla alia idea ad hoc jus in natura fundatum et divinitus evolutum habet, nisi catholica (nec generice "christiana") et solum haec valet mundum quoque etiam temporaliter beare. Et hoc intenderet COMP.- Haec organisatio vix aliter realisari potest, acsi prius in singulis nationibus factiones catholicae instituerentur et postea populi per eas renascentes unirentur. (En novum argumentum ad necessitatem probandam factionum catholicarum!)

Occasione conferentiarum paciferarum de pace cum Austria contrahenda efemerides ut jocos splendidum referebant effatum ministri exterorum Angliae (non Russiae!) D. Bevin. Cum ministri exterorum de novo non potuere concordiam obtinere, minister Galliae, D. Bidault suspiravit: "Ibi nec Deus potest concordiam efficere!"- Ad quae Bevin replicavit: "Nec civi Deum ad nostram mensam invitatum fuisse!"- Id quod D. Bevin dixit (certe serio) et quod journalistae ut jocos explicarent, prohi dolor! veritas est tristissima: Duces hodierni Deum ad suas conferentias nulli invitanti! Ideo et infelix effectus eorum guberniorum: Sine Deo mundus regi non potest! Ipse est caritas et pax, et haec dona maxima Ipse solus potest hominibus praestare. (Et catholici iterata vice tales duces eligebant!) Duces deberent eligi, qui Deum in ore et corde portant et Ipsi tronus Et competentem super mundum assignant. Ad sessiones nationales et internationales Deus non tantum invitari deberet, sed in his conferentiis Ipse debet et praesidere! Non tantum id deberet quaeri: quid contractus positivi statuant, sed imprimis: quid vult Deus?!- Et hoc faceret COMP.

Hodie Catholicos fere minus favorebiliter tractant "domini mundi", quam esse ecclesiae religionum Orientis: Divisionem Indiae UNO juxta habitantium religionem peregit, et quando Catholici petierunt, ut Germani expulerent in Germaniam juxta eorum religionem dispergantur, petio haec est fundata rejecta est eo, quod ipea hodie, in aera illuminata jam ridiculus est.

Vix aliud quoddam vitae humanae planum tot vitia alit, sicuti vita internationalis, sive diplomatica. Ibi est elementum amenissimum satanae, ubi ille sese certe optime sentit. Relationes internationales sunt quam maxime imbitae spiritu diaboli et agnoscunt quam minime spiritum Christi. Ibi vitia virtutes esse apparent et verae virtutes stultitiae esse judicantur. Fraus et mendacium media ordinaria sunt, veracitas et fidelitas deridentur; ideo maxima inter nationes dominat diffidentia. Elatio, egoismus et avaritia nationalis laudantur, infidia contra foederatos, fractio juramenti fidelitatis saepe et munerantur (etiam in utroque bello ultimo!). Haec vitia tamen hypocrisi celantur, falsa luce et propaganda ut virtutes proponuntur. Ibi quoque maxima viget positivismus et opportunismus: acsi nullum daretur jus internationale naturale, tantum contractus positivi considerantur, qui saepissime vi sunt extorti, et quidquid lucrum (generatim temporale tantum) nationi affert, licitum judicatur.

De justitia quidem saepius sermo est (quae tamen raro est vera justitia), at de caritate internationali, de catholica fraternitate diplomati nunquam loquuntur, ac si tale praeceptum nec existeret. - Si alicubi, tunc certe ibi deberet Ecclesia sua principia ad victoriam ducere, jam propter magnum momentum quoque actionum internationalium: per peccata singulorum tantum pauci coguntur forse injustitias tolerare, at per injustas solutiones problematum internationalium integrae nationes patiuntur, decies milliones hominum per decennia sentiunt vindictam et "injustam punitionem" ceterarum nationum, ac in miseriam detruuntur magnae massae hominum. Ibi imprimis deberet satanas relegari! Spiritus veracitatis et fidelitatis, justitiae et caritatis deberet ibi per politicam catholicam internationalem resuscitari. Tantum catholica doctrina est vere apta principia dare ad problemata vitae internationalis rite solvenda. Ad hoc esset vocata COMP. - Haec consideratio quoque nova luce monstrat necessitatem factionum catholicarum, ope quarum etiam vita internationalis verreretur. Catholicis non liceret hanc silvam immoralitatis internationalis ut factum immitabile considerare, sed convictione, quod Christus mundum et principem hujus mundi quoque devicit, illam extirpare tenerentur.

Membra hujus organisationis non nisi nationes catholicae deberent esse, resp. gubernia catholica etiam populorum acatholicorum. Membra eorum constituerentur partim ex mandato populorum (a parlamentis electa), partim ex mandato regum (delegati personales). In ea deberent Ecclesiae quoque plura loca agnosci (et tantum et), cui ex respectu fidei et morum etiam jus "veto" contra quodlibet projectum competere deberet. (Tale jus et etiam in parlamentis nationalibus agnosci deberet.) Caput ejus a Deo constitutus esset Summus Pontifex, cujus delegatus in sessionibus praesideret, simul cum delegato laicis praesidi, qui sive caput esset Imperii Sacri, sive eligeretur ad tempus a membris. Residentia hujus organisationis prope Romam deberet esse in territorio similiter internationali. Expensae vero communes hujus supremi officii supernaturalis non tantum ex facultativis eleemosynis deberent solvi, sed ex tributis obligatoriis membrorum, (nationum).

Doctrina catholica de statu etiam ad hanc organisationem applicari deberet: Esset "superstatus" quidam, qui de bono (tum temporali, tum religioso) totius generis humani et de vera pace principia catholicae supraedificata consulere deberet. - Haec organisatio imprimis intendere deberet jus divinum et exclusivum religionis catholicae agnoscere et illam ubique terrarum ad victoriam ducere. Ideo Ecclesiae omnia media necessaria et adjutorium praestaret efficacissimum, ut orbem terrarum ad fidem convertere possit. Hoc respectu idem munus deberet implere pro universo orbe, quod implevit suo tempore Imperium Romanum B. Caroli Magni. - Praeterea deberet mundum integrum, universam societatem humanam idem catholicis supraedificare, secundum principia catholica renovare. Membra omnia aequalia esse, omnes nationes, etiam minimae, eadem jura habere deberent. Membra sese obligarent, contra invicem nunquam bella, qua medium ad lites dirimendas adhibere, immo neo contractus contra invicem inire, sed omnes quaestiones internationales via pacifica solvere. Imprimis bona totius orbis deberent inter se, etsi non ad aequalitatem, justiori tamen proportionem pacifice dividere. - Haec jura hujus organisationis non tantum ex mutua conventionne membrorum exsurgunt, sed in natura fundantur.

Brevi: Munus fundamentale esset hujus organisationis unionem quam maximam operari mundi: intendere deberet genus integrum in unam coadunare societatem, cujus cives essent omnes homines, qui conarentur simul et Deo dare, quod ejus est, ipsum etiam elevantem agnoscere. Organisatio realisaret ideam unius ovilis tum naturalis, tum supernaturalis (unicum statum et unam Ecclesiam pro integro genere humano!).

Haec organisatio mondialis autonomiam nationum et singulorum statuum satis coarctaret, at haec autonomia statuum hodie jam similiter revisioni subjicienda et corrigenda esset: hodie, ubi mundus semper magis unus erit absoluta autonomia statuum dari et approbari jam non potest. Prouti familiae et civitates (status urbani) in favorem majoris societatis, in commodum status nempe, semper pluribus jurebus renuntiare debuerunt, ita etiam status hodie singuli in favorem hujus "superstatus" semper plura jura tradere debent, autonomiam suam semper magis coarctari sinere debent. Status subditi debent esse hujus organisationis, sensu stricto.

Num hodierna UNO pro hoc munere retinere et "rebaptisari", an nova organisatio institui deberet, decidere nolo. Certe tamen si UNO retineretur, in ejus constitutione multa mutari deberent. UNO non tantum quoad residentiam, sed etiam quoad rationes acceptarum et expensarum, imo et quoad ejus munus videtur esse officium aliquod accessorium ministerii exterorum USA (et Angliae). Hi duo status quoque eodem modo huic organisationi subjecti deberent esse, sicut et minimi, et non ipsi ei modum agendi praescribere deberent. Organisationi non liceret servam esse interesse alicujus status particularis (adhuc minus medium alicujus unionis oeconomicae, "trust"), sed omnibus statibus aequa jura debet agnoscere. Hoc sibi proponit et UNO, quin illud vere realisaret: non tantum Hispaniam v. gr. non agnoscit (cujus regimen ex hodiernis unum est ex maxime catholicis), sed nec illi 150 Negri mundi in ea ullum representantem habent. Cur v. gr. tantum fluvium Danubium "internationalem" declarare vult, et non omnes majores mundi: Amazonas, Nilum, Mississippi, Jangtee-kiang etc. quoque? etc. Dum tamen nova organisatio instituetur (vel UNO mutatur), UNO, hodierna deberet adiri deberet aliquoties ad favores obtinendos in bonum fidei.

(2. De pace servanda catholica:)- Pax est unum ex maximis bonis generis humani, ideo haec organisatio illam efficaciter tueri deberet. Ad hoc membra deberent sese obligare lites suas nonnisi pacifice inter se solvere et se i-
deo tribunali internationali sine exceptione subicere. Item sese obligarent, contra invicem nullos contractus politicos inire et cum nationibus acatholicois pacta amicalia foederis nunquam contrahere. Contractus mere et vere oeconomicos ad tempus etiam cum nationibus (vel melius guberniis) acatholicis quoque inire possent.

Pax inter homines servanda jam rationis quoque dictamen est: Humana societas non est acerva brutorum ratione carentium, inter quae nonnisi vis physica major prioritates determinat, sed est communitas entium rationalium, inter quae ratio et veritas iura decidit. Vis major inter homines nunquam jus fundare, sed ad summum jus jam existens tueri valet. Ideo bellum de se ineptum est medium ad justitiam et veritatem decidendam, nam per illud non major veritas, sed major vis (vel ad summum major ars bellica, majus ingenium bellum gerendi) vincit. Hoc medium tamen ad tempus tolerari potuit in vita internationali (et si nunquam approbari). Duellum quoque de se non veritatem, sed dexteritatem et vim majorem victoris probavit et tamen ante evolutionem auctoritatis status etiam licite adhibitum fuit ad lites inter privatas personas (vel familias) componendas; ita etiam bellum tolerari potuit carente foro superiori super status. Bellum tamen semper fuit signum aetatis puerilis generis humani: pueri decidunt lites rixando, et ideo progrediente evolutione humani generis, hoc medium e vita internationali eliminari deberet pro semper. Ad hoc servirret forum internationale super status stabiliter constitutum. Ideo jam naturalis est exigentia, bella e vita hominum expellere.

Hanc exigentiam naturalem fides adhuc corroborat: Ipsa enim in dogmate de catholica (-universali) fraternitate hominum omnium motivum profundissimum et vinculum fortissimum praestat ad pacem cum proximo (et etiam inter nationes) conservandam. Populus christianus est unicum corpus Christi mysticum, quod bellis dilacerare nemini unquam liceret; Ecclesia est unica immensa familia Patris coelestis, inter cujus membra caritas sui oblita deberet dominare. Eodem spiritu deberent omnes Christiani repleti esse, quo ducti, S. Maurus et socii ejus (e legione de Thebaide) potius martyrium subierunt, quam contra Christianos certarent, dicendo: "Libentius perimus gladio, quam gladium nostrum contra fratres nostros et Christum evaginemus". Idem deberent sentire omnes Christiani, ut contra invicem nunquam decertarent. Hoc deberet realisare COMP inter nationes catholicas. (Hoc tamen non impediret, quominus nationes catholicae contra inimicos Dei Patris et Matris Ecclesiae decertarent, non tantum persecutiones tolerando, sed etiam armis eos fortiter reprimendo) Et ad hoc etiam Dei extraordinarium auxilium expectare possent!)-

Ex dictis patet, quam magnum munus Ecclesiae (et imprimis educationi catholicae) in firmanda hac pace occumbit. Dolendum tamen est, quod Catechismi catholici hanc veritatem non jam parvulis docent, (in parte de gratia divina). Ac nec catholici obligati sunt pacem omni medio et pretio servare! Damna majora propria vel Dei ac Matris Ecclesiae tolerare non deberent pro pace. Ideo hodie contra (proprios et praesertim) Dei et Ecclesiae inimicos licite decertare possunt et persecutiones (religiosas quoque) non tantum tolerare tenerentur sed etiam armis reprimere, et ad hoc etiam Dei extraordinarium auxilium expectare possent! Medio aevo ad veritatem et justitiam probandam, ad innocentiam accusatorum monstrandam, saepius in judiciis divinis Dei extraordinarium auxilium invocatum est. Hoc quidem non potest ut medium ordinarium in judiciis adhiberi, at aliquoties Deus miraculo quoque justitiam et innocentiam defendit. Similiter falsa est opinio, quae tenet, in bellis a Deo nonnisi causam, partem justam ad victoriam adjuvari posse. (Historia satis demonstrat, quam saepe causa injusta vel minus justa victoriam reportabat!). Attamen aliquoties etiam iudicium Dei extraordinarium cum jure expectari posset!

Principium de non ineundo pacto amicali, de non contrahendo foedere mutui auxilii cum guberniis acatholicis est consecrarium immediatum thesisi de religione maximo bono communi. Si statum maximum negotium publicum religio vera est, imo fides revalata maximum bonum internationale quoque est, tunc nullo momento, nullaque de causa huic summo bono licet damnum inferre ac religionem bono temporali (male intellecto) nationum subordinare. Foedus vero mutuae assistentiae cum potestate acatholica contra vicinum catholicum vix unquam sine damno fidei contrahi poterit. Ideo etiam in vita internationali basis communis relationum nationum ad invicem et contractuum fides deberet esse catholica. Vinculum fortissimum inter nationes haec fides deberet constituere, conscientia catholica, quae proximum alius (forse hucusque ut inimicam consideratae) nationis ut fratrem considerat et amat. (Contra fratrem non licet inire foedus cum inimico familiae!) Sine hac conscientia mundus nunquam verae et constanti pace frui poterit, sed tantum pacem habere ad tempus ex timore ortam, quae exinde faciliter destruetur. Munus principale COMP exinde esset: hanc pacem inter nationes fovere et ideo homines ubique in terris catholice educare, in eis conscientiam catholicam excitare, cum haec sit medium ad pacem habendam maxime necessarium. Tunc vera pax externa in mundo regnabit duratura, quando idem spiritus veritatis et caritatis, sensus nempe catholicus, replet omnia gubernia mundi (et per ea omnes nationes). Pacis externae, politicae inconcussabile fundamentum nonnisi pax interna animarum esse potest. Hanc pacem vero fides catholica tantum communicat.

Si ultimis saeculis principium superius observatum fuisset, sors Ecclesiae et Europae aliter fuisset evoluta, ac Europa non staret ad limen ruinae totalis. Magna ex parte politicae acatholicae Galliae et ejus omnipotentium cardinalium: Richelieu et Mazarin est pax Westphalica adscribenda et per hanc publicae vitae in Europa et consequenter in universo mundo protestantisatio: Hi conductores politicae Galliae omni medio novam religionem in propria patria suppresserunt, non ex sensu catholico, sed ex persuasione politica, ne regnum in se divisum nempe debilitaretur. At per hoc non Dei gloriam quaerebant, sed "la gloire de France". Ideo etiam ex motivis mere politicis, ut nempe dynastia "rivalis" Habsburg internum robur perderet et Gallia suprematiam in Europa acquirat, inierunt pactatum cum infidelibus Turcis, Ecclesiae infensissimis, tum cum regibus protestanticis. Sine hac falsa eorum politica vix unquam pax Westphalica contracta fuisset. Vix non Dei poena fuit, quod prima dynastia, quae a primogenita sobole Protestantismi, a revolutione Rationalistica nempe, erat subversa, dynastia Bourbon fuit, quam memorati cardinales suo tempore sua politica Ecclesiae nociva, tueri et fortificare intenderunt.

Quaedam exempla practica vidimus pag. 16-17. Ibi adhuc unum: Neglectus ejusdem principii ante primum bellum mondiale fuit magna ex parte causa hujus belli. S. Johannes Don Bosco suadebat imperatori et regi Francisco Josepho I., ne cum Germania sat pervasa spiritu protestantico amicitiae pactum et foedus mutuae assistentiae inerat, sed cum Gallia, quae quidem non catholice (sed massonice) regebatur, at propter ejus populationem catholica dici potuit, secus bella mondialia erumpent. Si rex et imperator consilium accepisset, I. bellum certe non fuisset secutum, (et nec II., quod tentum primum fuit consuetudinem,) cum omnibus suis sequelis funestissimis etiam pro Ecclesia et integra Europa.

Postquam organisatio integrum orbem pervadet et omnes nationes rite educando spiritu catholico replebit, non erit opus nec exercitiis (nationalibus vel internationalibus). Usque tamen hoc eveniet organisationi jus agnosci deberet exercitum internationalem sustentandi. In hoc exercitu omnes nationes, omnia membra juxta numerum civium suorum unitates mittent determinatas. Et hoc respectu omnibus nationibus aequa jura competenter. Post aliquod tempus praeter hunc internationalem exercitum nullo status liceret nationalem exercitum habere. (Humilians est et partim etiam injustum, coarctationes inarmationis tantum pro aliquibus statibus praescribere, dum ceteri sine limite exercitus suos evolvere possunt; non liceret tolerare praepotentiam militarem unius vel paucorum statuum, v. gr. hodie USA et Russia.)-

(Tribunal internationale:)- Huic organisationi semper major competeret potestas legifera et praesertim judicialis ad dirimendas quaestiones litigiosas inter membra et ad dijudicanda delicta internationalia. Ad hoc deberet internationale tribunal permanens constitui. Praeses tribunalis iudex infallibilis moralitatis a Deo constitutus deberet esse, Summus Pontifex, (i. e. delegatus ejus,) cui imprimis (simul cum laico praeside) etiam jus competeret amnestiam exercendi. Ceteri iudices ex nationibus deberent eligi, quae in quaestione non sunt interessatae. Competentia et constitutio hujus tribunalis non potest ab arbitrio tantum aliquarum nationum potentium dependere et coarctari, sed in natura debet fundari et coram illo omnes nationes aequales esse deberent. Competentia tribunalis deberet extendi ad omnes lites internationales et ad omnia delicta internationalia (tam victorum, quam forse devictorum).

Datur jam quoddam tribunal internationale ad speciem in Haeg, quae tamen ad nationes pacificandas hucusque non multum fecit et nullem litem majbris momenti decidit, nec spiritu catholico ducebatur.

Post recens bellum victores conati sunt in statutis devictis tribunalis internationalis constituere, at eorum constitutio "ad hoc" tantum fuit, non permanente, nec actiones eorum de toto approbari possunt. Institutio eorum de facto implicite fuit reprobatio Positivismi juridici, nem ipsa solo jure naturae (et inde non scriptae) justificari posset: Constitutio eorum tunc tantum fundata erat, si leges dentur non scriptae naturae etiam internationales, non positive promulgatae vel ex conventionibus hominum ortae, quae nec a principibus nationum impunitè violari possunt; praesertim inhumana tractatio devictorum est aliquid maxime detestabile. Hac thesi acceptata constitutio talium tribunalium in abstracto justificata erat, in concreto tamen eorum actio manca fuit et alterius partis studiosus valde. Competentia eorum non debuisset arbitrio victorum ad devictos tantum coarctari, sed ad victores quoque extendi, applicari. Actiones inhumanae guberniorum certe cum jure puniri possunt, at non tantum apud debiles et devictos, sed etiam apud potentes et victores. Justitia caeca sit, ne spectet personam; nec tribunalibus licet praepudicis nationalibus duci (et principium profiteri; si duo faciunt idem non est idem,) secus non justitiam decernunt et jus dicunt, sed vindictam exercent.

"Reorum" magna pars propter eorum in coelum clamentem crudelitatem certe meruit etiam poenam mortis quidem, at tribunali non licuisset propterea tantum eorum punire, sed actiones debuisset introducere etiam contra multos ex victorum superioribus. Num victorum generales contra captivos et occupatos saepe non easdem atrocitates commiserunt, quae in Nürnberg et Japonia (forse etiam morte) puniebatur? Non tantum generales et milites Russiae athaeistae et feroces

puto, sed etiam ceterarum nationum: v.gr. gen. Clay dicitur juravisse, (certe Judaico spiritu vindictae ductus) se Germaniam integram fame-puniturum et in tabulatorium concentrationis mutaturum esse; evenimenta videbantur factum talis juramenti vere probasse. Planum Morgenthau (Judaeus!) vix non magis diabolicum fuit, quam illud, quod Frank in Polonia realisare intendebat. (Juxta hoc planum Germaniae industria de toto frangi debet, populus vero partim ad agriculturam, partim ad emigrationem coegi.) In Japonia vero populo coarctatio numeri prolium illicita (et ita suicidium nationale) suadetur efficacissime. - Num bombardatio populationis civilis (etiam pennis et ludicris explosivis) et expulsio innumerorum hominum ex domibus eorum saecularibus (non in se, sed) ob ejus modum inrudelam, non eodem modo deberet puniri, sicuti et institutio castrorum concentrationis? etc.

Quod vero tribunal de delicto bellum praeparandi et incipiendi statuit reorum falsum est: supponit nempe falsam thesiam, definitionem Americam de injusto aggressore. Non ille est injustus aggressor, qui primo sclopetum in alterum explodit, sed qui in vita internationali alterius jus laedit, illud agnoscere non vult, habitualiter periclitat vel restitutionem denegat ob jus non impletum, etiam non primo plumbum in alterum mittat. Jus est vero in natura fundatum nationum fertilium pro numero earum populationis partes correspondentes bonorum terrae, imprimis territoriorum vacuum sibi vindicare. Et si hoc jus ceterae nationes agnoscere nolunt et correspondens territorium alicui pauperae nationi sponte tradere habitualiter denegant, si jus ad spatium vitale implere renunt, natio illa jus haberet etiam bellum declarare. Tale bellum non esset injustum, sed forse tantum imprudens, sive ob propriam debilitatem, sive ob supermagnum numerum inimicorum. Et hic videtur esse casus II. belli mundialis: hoc bellum imprudens fuit, (et partim crudele et inhumanum,) at non illicitum et injustum. - Ad probendam belli injustitiam et ideo reorum verum delictum in eo praeparando et incepto, tribunal debuisset probare Angliam et Galliam paratas fuisse Germaniam territoria vacua (imprimis colonias eorum pristinas) tradere. Si hoc probari non potest, (et probari vix potest,) pro secundo bello non exclusive Germani sunt responsables: Si tempore gubernii Brüning saltem in Gallia et Anglia gubernia ejusdem spiritus rexissent, quae Germanorum jus ad majora territoria agnovissent et impleverint, hoc II. bellum non erupisset (Hitler nunquam gubernium accepisset). Ideo pro delicto belli incepti non tantum Göring, Ribbentrop etc. apud hoc tribunal conveniri debuissent, sed etiam ex nationibus victricibus plures politici, (imprimis ministri exterorum: Daladier, Eden, Beck etc., cur non fecerunt omnia, ut bellum devitaretur?). (Tragoedia fuit populi Germanici, quod aspirationes suas in se justas, imprimis ob indifferentiam internationalem erga eas, malefactores national-socialistae fecerunt suas, qui eas sua methodo inhumana diffamaverunt.) - Signum et testimonium est paupertatis quem maxime spiritus christiani, si nationes, quae se christianas dicunt, modum agendi cum devictis tum theoretice, tum practice a philosophia et praxi pagana mutuunt, etiam hodie adhuc, post Christum XX saecula, ac agendo et docendo illud effatum reelisant: "Vae devictis!" Projectum vero Morgenthau, sicut et auctor ejus, spiritum V.T. incorporat, cujus supremum principium fuit: dentem pro dente! oculum pro oculo! (Imo de projecto nominato effatum ita valet: omnes dentes pro uno dente, ambos oculos pro uno!) - Jus aliquod victoribus nonnisi justum bellum dat, victoria in bello non certe justo nullum verum jus gignit. Ideo effatum in ore Christi sanorum ita deberet mutari: "Vae injustis et inhumanis, sive victores, sive devicti sint!" - At nec contra injustos vindictam inordinatam exercere licet, cuius prohibitio non tantum consilium est, sed verum praeceptum. Christianis nec in bellis, adhuc minus in victoria licet oblivisci, quod ipsi Christiani et devicti eorum fratres sunt, erga quos non consilium, sed praeceptum caritatis eos obligat. Hoc praeceptum nec in conferentiis paciferis licet laedere et negligere. Homines et Christiani tum pro bello declarando, tum forse magis de pace condenda in foro conscientiae, ante Dei tribunal responsables sunt, et hujus facti semper memores esse debent. Et major est in pace condenda responsabilitas, quam in bello gerendo. Actus in pacis contractum deducti magis deliberati sunt et longius duraturi; injustitiae in bello gerendo sunt instantaneae, brevi duraturae, saepe indeliberatae, in pace contrahenda injuste puniunt et humiliant (forse justum) devictum ad decennia quoque. Victores post ultima duo bella non a spiritu Christi sunt ducti, sed a satanico, massonico; ex ore Poincare (qui libentissime 20 milliones Germanorum occidisset) et in plano Morgenthau manifestabatur quam maxime hic spiritus: et fructus talis spiritus tantum nova maledictio potest esse. Contra hunc spiritum (bellum gerendi et) pacem contrahendi deberet decertare COMP, injustitias reparando. Aeram vere christianam talis pax introducet, in cujus conferentiae decalogum et evangelia occupent locum principalem, (simul cum cruce,) et non positivi hominum conventione Bella ultima imprimis Dei poena fuerit, (tum contra victores, quam adhuc magis in devictos,) quia in vita publica neglexerunt principia vere christiana. De utroque bello (et pace) Catholici quoque responsables fuerunt, nam magna ex parte ipsi elegerunt duces, qui suo spiritu vitam publicam et internationalis venenabant. Sacrifica tamen horum bellorum non fuerit inavana, si populi (imprimis catholici) corde parato accipiunt lucem divinam per ea quaestant: duces sibi eligunt, qui eos in via Christi et verae pacis ducunt et praeteritas injustitias (contra Deum et vicinas nationes) reparabunt.

(3. Divisio justitiae internationalis terrarum; regulatio gentium migrationis;)-
Videtur aliquod principale hujus organisationis esse: disproportionem possessionum nationalium inaequam (saepe etiam injustam) mutare et transmigrationem ingentium massarum in novam patriam rite ordinare. Ad hoc esset ipsa imprimis leges migrationis statuere et singulis statibus praescribere. (Nullam injustam vel egoisticam limitationem a parte nationum dictis permittendo, imo imo mundum de novo inter nationes dividere et massas integras (forse et nationes) ad evacuationem obligare et hanc migrationem gentium rite exsequi.
(Status quaestionis;)- Quaestio quaedam nova est orta ultimo saeculo internationalis ob multiplicationem generis humani, ob fertilitatem quarundam nationum pauperarum: quomodo solvatur problema nimiae densitatis habitantium multarum regionum mundi. Ante omnia regna Europae occidentalis (Germania, Italia etc.) et Orientis longinqui (India, Japonia et Provincia Centralis Chinae) sunt tales regiones: praeterea etiam Europa Centralis et USA Orientalis sat multos habent habitatores. Praeter USA sat divites, ceterae regiones ut districta pauperorum (les quartiers des pauvres) mundi considerari debent; etiam Summus Pontifex Germaniam hospitio pauperorum assimilavit; in Japonia vero loco prope homines super Km. quadratum habitant, si tantum territorium agriculturae capax consideramus. - Eodem tempore ingens est proportio bona terrae possidendi inter nationes principales mundi: Angli in mundo (etiam in Canada et Australia, praeter tamen USA) sunt circ. eodem numero ac Germani ac Japonenses et disponunt de bonis plus quam quintae partis terrae, dum ceterae duae nationes circ. centies minus territorium possident (forse 1/400 partem terrae). In India super territorium circ. septies minus Africa prope bis major numerus incolarum invenitur, quam in Africa. America vero (integra) o. decies est major India et tantum 2/3 partem incolarum ejus possidet. - Tales disproportiones non liceret tolerare! Etiam in vita internationali deberet acceptari principium generale superius jam annuntiatum: quo plures sunt homines in terris, eo rationabilius deberent bona terrae inter eos (resp. inter nationes) dividi. Et haec est nunc temporis unica solutio acceptabilis quaestionis: divisio nova territorialis mundi. Organisationi mundiali incumberet obligatio in hac causa egoismum nationalem coarctare et divisionem exsequi.
(Solutioes insufficientes;)- Ad quaestionem solvendam hucusque duae principaliter propositae fuere solutiones: Victores suum nationale devictorum saudebant, Hitler spatium vitale pro sua natione exegit. Daretur etiam alia, quam solum meminisse sufficiat et quae in historia hucusque de facto inconscie adhibebatur: extirpatio populationis superfluae per cruentissima bella. Bellum certe decimat populos bellantes, at haec solutio brutis et non hominibus (adhuc minus christianis) est condigna: in societate tantum belluarum evenit, quod fortior debiliorem occidit vel saltem e territorio suae venationis expellit; inter homines ratio debet dictare. Bellum nec sufficienter problema solveret, nam non occidit omnes superfluos homines, nec habitualiter et ubique, sed actualiter et pro coarcto tantum territorio adhiberi potest. - Opinionem victorum oeconomicus quidam Americanus, William Vogt proposuit. Theses ejus principales sunt: Status pauperiores et numerosiores evadunt suis civibus (imprimis pauperibus) sterilisationem spontaneam, impeditionem conceptionis, (procuracionem abortus.) et ne certent contra mortalitatem infantium. (Qui inter nationes Asiae mortalitatem infantium impedire volunt, non sunt generis humani benefactores, sed malefactores!) Opinio ejus non est tantum privata doctrina alicujus doctoris privati, (quae etiam civili censura puniri deberet,) sed theoria officialis occupantium, quae officialiter quoque in Japonia spargitur. (Minus in Germania et Italia, licet ibi quoque preluum problema coarctationis numeri prolium per longius tempus cum sat magno fructu tractabat.) In Japonia fructus abundans fuit; unico anno plures fuere foetus in materno utero occisi, quam quot homines fine belli duplici explosione atomica perierunt. America sic dicta christiana docet paganos suam satanicam lucem: docet eos nempe quomodo Dei voluntatem frustrare et praeceptum de multiplicatione generis humani violare possint. Non Christianismum propagant, sed Paganismum reuscitant, qui proles superfluas occidit vel porcis exposuit. Haec theoria nationibus pauperioribus nationale suum suadet, physicum. Dum in terra nationes tam ampla territoria possident, quae ipsae nec in saeculis incolis frequentare possunt, talem theoriam proponere idem est in plano internationali, acsi dives in pago quodam vicinum suum fame perire videt et sinit, nihil ei dando, ne ejus successores decimi gradus per hanc eleemosynam pauperiores facti necessitatem pati cogantur. (Ceteroquin spiritus auctoris superbus, quem protestantismus alit, in opere suo clare videtur: ideales status et homines USA resp. cives ejus tantum sunt; ceterae nationes, imprimis incultae in Asia, vix merentur homines considerari.) Cum haec theoria magna pars populationis USA certe non consentit, tantum aliquot millia Capitalistarum velent sibi semper majores opes accumulere et ideo ex bonis terrae alios excludere, imo ipsos ad mortem damnare. (Thesis operis aliis verbis ita posset proponi: cum nos superdivites esse volumus, vos benedicite Deo et moriemini!)

Episcopatus catholicus Japoniae vocem suam contra hanc solutionem elevavit, quin tamen concretam solutionem aliam proposuisset. Talis protestatio multo efficacior esset, si simul solutionem justam et christianam assignaret, quae pro momento alia esse non potest, quam spontanea traditio compacti territorii Japonensibus, ut ibi acervatim immigrarent, (et in USA mutatio legum immigrationis in favorem Japonensium). Si haec naturalis exigentia Japonensium adjuvaretur aperte ab Ecclesia, hoc etiam operi missionario inter eos maximo emolumento esset; justitia et veritas intemeratae annuntiatae pium in animis paganis affectum credulitatis auget et ita multi ex eis ad fidem quoque parati essent sese convertere.

Hitler proposuit doctrinam de spatio vitali, quae etsi ab ipso false et injuste in concreto applicabatur, in abstracto et in medulla considerata certe ut vera, imo unice christiana haberi debet. Etiam luce revelationis et rationis vera esse videtur thesis: quaelibet natio, etiam parva, jus in naturae ordine fundatum habet ad suo numero correspondens territorium, ut vivere et sine nimia cura de futuro sese multiplicare possit. Ceterae nationes vero hoc jus agnoscere tenentur etiam restitutionis obligatione. Et in medulla hoc dixit etiam Hitler cum sua theoria de vitali spatio. Si in Anglia, Gallia, USA quoque, sicut in Germania, per decennium milliones familiarum ex caritativo resp. sociali adjutorio vivere coacti fuissent; vel si Angli praeter suam patriam tantum insulas Tasmaniae et Novae Selandiae possessissent, Galliae habitatores solum dimidiam partem suae patriae retinere potuissent, incolae vero USA nonnisi in Texas habitare potuissent, (hae sunt proportionales correspondentes ad Germaniam,) tunc certe haec nationes melius intellexissent, cur populus Germaniae hanc theoriam cum entusiasmo audivit et accepit. Cum vero nationes possidentes parvam consensionem erga aspirationes Germaniae monstrarunt et Germanis noluerunt vacua territoria (nec suas colonias pristinas) tradere, incepit Hitler suos minores vicinos, territoria dense habitata devorare (et simul thesi de populo dominante "Herrenvolk" hanc theoriam in se veram deformare). - Oblitus est veritatis, quam Summus Pontifex effatu expressit: "Voluntas alicujus nationis vivendi non potest esse judicium mortis aliarum nationum." (imprimis parvarum). Ipse tantum Germaniae vitale spatium agnovit, et de hoc ejus facto conresponsabiles et conculpabiles fuerunt duces Galliae et Anglo-saxones, qui tempore opportuno solutionem justam Brüning acceptare renuebant. Jus Germaniae, (Italiae et Japoniae) majus spatium possidendi vitale bello perditum non est extinctum. Sola victoria nullum verum jus fundat vel destruit, imo nec victoria justa hoc vitale jus irritare valet, ad summum ejus agnitionem retardat. Duo ultima bella vero ex parte devictorum non fuerunt certe injusta, consequenter nec victoria fuit certe justa. Caritas vero abstrahit a quaestione responsabilitatis et ad dandum proximo quamprimum quod justum et aequum est obligat. At hujus juris agnitionem vix non tantum a COMP et non ab UNO expectare possumus.

Problema non posset solvi unilaterali industrialisatione horum populorum: Non tantum pro ipsa natione (de qua agitur), sed pro universa quoque humanitate insanus est status, si quaedam nationes exaggerate industrialisantur. In interna vita statuum agricultura deberet ubique potiore partem habere, in vita vero internationali non licet paucis statibus super alias monopolium industriale intendere et permittere. Fundamentum statuum semper cultores agrorum deberent constituere, qui agros, territorium extensionem habere debent, ut suum munus implere possint, spatio indigent suo numero correspondenti, ut homines alere possint. Hoc spatium non tantum hodierno numero habitantium deberet esse correspondens, sed tam amplum sit pro singulis nationibus, ut eae sine nimia cura de futuro sese multiplicare possint, ne sint coactae matrimonio abuti. Progressu technicae forse aliquando evenit, quod genus humanum e microbis aeris quoque vel ex aqua maris panem producere poterit, - et divina providentia vix non similia media homines invenire sinet, si genus nostrum vere "supermultiplicaretur", - at hodie homo terra, spatio indiget, ut sibi panem educere possit. Ad hoc vero justior divisio mundi exigitur! Et divina providentia hodie ab homine hoc etiam expectat: ut nempe membra suae familiae fraternae inter se panem et bona terrae dividere intendant.

(Doctrina catholica): - *Supremum magisterium ecclesiasticum iterata vice quaestionem attigit, praesertim in allocutionibus Summi Praesulis diebus natalibus Domini annorum 1940 et 1941. Ipsum quoque in abstracto quidem et aliis tantum verbis, sed divisionem justiore bonorum terrae ut solutionem suasit: Debent amoveri semina conflictus, quae ex valde magna differentia terreno excrescunt oeconomiae mundialis. Necesse est per continuum progressum .. ad ordinem pervenire, qui omnibus statibus media praebet, civibus omnium classium condignam vitam possibilem reddere.* (1940.) - *"In ordine quodam novo moraliter fundato nullus jam locus datur egoisticis calculationibus, quae talem possessionem fontium oeconomicorum et materialium crudarum communium intendunt, ut nationes minus dotatae ex eis exclusae maneant.* (1941.) - *Inter fontes oeconomicos primum locum tenent territoria fertilia, agriculturae capacia. Imprimis haec debentur dividi, ut classis fundamentalis et "maxime privilegiata", classis nempe agricultorum sano modo evolvatur.*

1. Ad divisionem peragendam imprimis caritas homines obligaret. COMP in hac solutione eodem principio, eadem consideratione deberet duci et niti, quum Europa professa est saeculis 8 et 12. Scilicet: Deus, communis Pater coelestis generis humani mundum visibilem pro communi habitatione transeunte filiorum ejus condidit. Orbis terrarum patrimonium est itaque Patris coelestis, quod inter filios ejus, inter nationes fraterne dividi debet, ita ut e bono familiari sinuulis sufficiens territorium obveniat et non tantum miasae. Cum coelestis Patris vicarius in terris Summus Pontifex sit, haec divisio sub ejus praesidio deberet realisari. Aevo medio tantum Europae major pars considerabatur hoc modo et principes suam coronam a Summo Pontifice petierunt, a Deo, ex cujus gratia regebant, hodie integer mundus haec sensu aspicere deberet.

2. Consideratio superior imprimis caritatis est, sine qua vita ordinata, pacifica internationalis concipi non potest, at etiam jus naturae tale quid exigeret. Ratio medians detegit orbem terrarum cum ejus bonis a Deo non tantum in favorem quarundam nationum (adhuc minus singularum personarum) electarum creatum fuisse, sed pro universo genere humano. Haec ordinatio quasi ontologica mundi visibilis jus naturae fundat, quod antecedit quamlibet conventionem juridicam hominum; immo in bonum totius generis partim saltem etiam contractus positivos particulares irritare valet, (etiam justos, eo magis injustos), si nationes proletariae secus non haberent sufficientia bona ad modo humano vivendum. - Vix quidam divisionem latifundiorum in quibusdam regnis realisatam (saltem in abstracto) pro injusto declarare auderet, immo justitia socialis quandam divisionem, (etsi non ad aequalitatem, et non ita, ut veteres possessores mendicare cogantur) exigeret bonorum; idem exigeret justitia socialis internationalis in favorem nationum pauperarum. Immo quidam status ex pauperioribus nec sua propria interna problematica socialia sufficienter solve-re valent, si non prius realisatur divisio mundi et ejus bonorum inter nationes, cum status proletarii non habent quid inter suos cives dividant. Bonum commune (-generale, "catholicum") universi generis est incomparabiliter majus quolibet bono "particulari" nationali!

3. Haec jam sola ratio videt quoque et revelatio adhuc confirmat: Deus jus naturae positivo quoque praecepto expressit, confirmavit; de re legem positivam quoque dedit. Deus creando hominem, et mundum subdidit ac illi praecepit, ut suam speciem conservare intendat, sese multiplicet et tunc jus habeat terram possidendi: "Multiplicabimini et replete terram!" i.e. si multiplicabimini, et jus vobis competit ad terram replendam, vobis occupandam. Hanc obviam explanationem verborum Dei traditio quidem non continet, (nam temporibus, quibus homines mundum raro habitabant, sensus neo actualis fuit,) at certe doctrinae catholicae et rationi maxime convenit. Inde homines non tantum singuli vel familiae singulares, sed etiam nationes singulae corporative jus habent ad terrae bona possidenda numero suo proportionate. Nationes nempe sunt quasi naturalis dilatatio societatis domesticae, unitates naturales, quarum membra ad vitam propriam nationalem jus habent. Haec membra nationum ita dissipare, ut suam nationalem vitam, characteres naturales perdant, nemini est fas. Ideo tum caritas, tum justitia vetat ad panem habendum talem dispersionem membrorum alicujus nationis, ut ea ad bonum materiale acquirendum, majus bonum spirituale; haereditatem nempe nationalem, characteres naturales sacrificare et novam nationalitatem assumere cogantur. Utraque virtus nempe exigit, ut nationes corporative quoque jus habeant ad replendam determinatam partem terrae, ita ut in ea compacte vivendo nationalitatem suam servare possint, vitam nationalem propriam etiam in nova "patria" pergere possint. (Theoria superius exposita de limitatione numeri prolium convertit Dei praeceptum: Ne multiplicabimini, nam terram replere non poteritis!)

(Ad 2.- Crisis ambitus et originis possessionum nationalium et legum migrationis.) - Si hodiernam divisionem internationalem terrae consideramus, in hoc argumento dicta confirmantur. Si possessiones hodiernas nationum quoad originem et ambitum revisioni subicimus, tunc esse saepe injustae vel saltem irrationales dici debent. Ideo huic organisationi non liceret statum hodiernum harum possessionum pro justo fundamento internationali acceptare.

a. Titulus et inde origo possessionum saepe laesit justitiam. Certe res nullius primi occupantis sunt, (nisi majus bonum generis humani coarctationem ambitus exigit,) at nationes Europae in coloniis (imprimis in Asia et Africa) non nullius territorii saepe occuparunt, sed per bella injusta ab indigenis jam possessa. - Titulus justus ad bellum gerendum fuisset illud de quo in thesi: nempe correspondens dilatatio spatii vitalis in territoria plus-minusve vacua. At nationes possidentes citra eorum indigentias territoria cumularunt. (Bella contra indigenos et expeditiones "vindictivae" vix non semper injusta dici debent!) - Titulus justus fuisset ad bellum: fides propaganda, at hanc nationes colonisantes generatim non intenderunt. - Vix non in se insufficientis et (independentem a priori) injustus titulus fuit: civilizatio spargenda inter nationes semiferas; (ad quem titulum nationes Europae saepe appellabant, ultimo in bello Italicorum contra Abissiniam;) eo quoque magis, quia hic titulus generatim nec verus et sincerus fuit, sed tantum celare voluit intentionem veram: explorationem egoisticam (saepe et crudeliter) economicam indigentium. Bella vero ex injustis titulis ducta nullum verum jus poterunt fundare pro possessionibus ex eis ortis. Ita multae occupationes injustae fuere et sunt.

Historiographia catholica (etiam nationalis) teneretur omnes occupatores, non tantum Hitler, Napoleon, Alexandrum "Magnum" etc., sed omnes, qui ex concupiscentia oculorum et superbia populos bellis cruciarunt damnare, non admirari. Senes nationalis injustitias licitas non efficit contra alias nationes; "gloria" (male intellecta) propriae nationis non justificat raptus territoriorum. Injustitias saltem recentiores nationum gubernia catholica etiam ex iustitia reparare tenerentur (v.g. erga Hungariam certe; erga Germaniam ad Orientem certe, ad Occidentem: in Alsacia probabiliter.) - COMP regulet et hoc! b. / Si vero ambitum consideramus possessionum internationalium in territoriis vauis fere, ille saepe exaggeratus et injustus debet dici internationaliter. So, quod ante saecula quidam homines vagi (aventurieri, imo forse pirati morte digni) haec territoria primo invenerunt et pro sua natione occupata declararunt, vix titulum aeternum ad ea possidenda exclusive adquisierunt. Deus haec territoria generi humano et non Anglis, Hispanis vel Lusitanis tantum condidit. Num unquam moraliter et internationali jure licitum est, si octo milliones Anglorum de territorio Australiae qua domini exclusivi disponere et pro immigratione autonoma modo egoisticas, imo et injustas coarctationes volunt praescribere? cum hic continens tam extensum est, quod super aequale territorium in India et China Centrali 800 milliones hominum vivere coacti sunt. Idem sic de Brasilia: Ibi 50 milliones hominum disponunt absolute de territorio duplo majore Europa (sine Russia et Scandinavia), ubi 320 mill. hominum habitant. Etiam territorium Australiae (cum insulis) non est tam fertile, 200-300 mill. super illud habitare possent. Brasiliae territorium vero est unum ex maxime fertilibus mundi, abundantissimam pluviam et fluvios aque divitissimos possidet. Eadem latitudine geographica in Indiis sicut Brasilia septies plus homines habitant territorio vix majori dimidia parte. Idem etiam possidet de integra America latina. Hispani Americae (simul cum coloratis suis) fere eodem numero vivunt, sicut Germani, et territorium eorum 40-ies est majus hodiernae Germaniae. Itali in mundo plures sunt Gallis, et dum hi 12. circ. partem mundi possident, illi vix 450. Populi Slavici prope duplo majus territorium habitant, quam quod eis ad eum numerum proportionate conveniret ex universali patrimonio generis humani. - Arabes quoque multo majus territorium habitant, quam eis competit (ab Oceano Atlantico ad Sinum Persicum). Haec possessiones exaggeratae tunc quoque injustae essent, si non bellorum injustorum fructus essent, et de facto nationes possidentes "conscientiam nationalem" innumeris injustitiis maculaverunt. Et hoc USA cum jure nationibus Europae obducunt; et tamen obliviscuntur facti, quod ipsi quoque in historia sua non tam longe, bella injusta non una vice duxerunt: ut ultima duo bella mondiale omittam (in quibus quoque "justitiam" praesertim sincera, interne victorum laudabilibus pedibus stat, debilibus argumentis monstratur), tum contra Hispanos, cum contra Mexico injuste bella duxerunt; indigenae vero fere extirperunt, dum in latina America maxima parte in vita remanserunt (Indiani Meridionales suam vitam imprimis religionis catholicae doctrina servari potuerunt, dum in Septentrione magna ex parte opinioni crudeli peccatorum quarundam sectarum est adscribenda eorum extirpatio; S. Sedes saepe indigenarum malam tractationem demnavit, dum multi peccatores occisionem (etiam injustam) Indigenarum "infidelium" pro licito, immo Deo placito opere declerunt.) - COMP imprimis mutatione legum immigrationis deberet justam solutionem quaerere. Leges immigrationis non deberent causa solum interna nationum divitum esse, sed internationaliter deberent determinari et statibus "praescribi" quoque. Si leges immigrationis inspiciamus, esse saepe injustae et egoisticae dici debent: Praeter tendens assimilandi immigrantes (inferius refutandas), leges continent limitationes quoque reprobandas: Cur v.g. hi status raras populationis et consequenter divitiores rejiciunt omnes homines, qui pondere socialie novo statui imponerent? cur volunt tantum operarios senes, laboris capaces assumere? proportionate deberent etiam senes, aegrotos et liberos educandos accipere et non omnia pondere socialie statibus pauperioribus relinquere. (Si legislatores hodierni catholice judicarent, aegrotos et debiles cum gaudio acciperent, nam hi sacrificiis suis pro societate quoque Deo satisfaciunt: in ordine supernaturali passio plura esset aestimanda, quam actio, labor!) - Praesertim reprobanda est coarctatio egoistica immigrationis contra coloratos populos: Senenses, Japonenses, Hindus in status Anglosaxones vix immigrare possunt, (verosimiliter ideo imprimis, quia hi difficiliter assimilantur nationi dominantis. In China et India ultimis decenniis innumerum homines etiam fame periere: De hoc facto imprimis proprii duces harum nationum responsables fuere, qui egoisticae et incapaces erant (in China v.g. nec id realisare intenderunt, ut proprios cives in suum immensum imperium dissipari faciant). At conresponsabiles quoque fuere etiam Capitalistae et legislatores Anglosaxones: primi, quia opes horum regnorum in proprio commodum et non in bonum populorum ibi habitantium explorarunt, (flos lactis sibi retinendo, indigenis tantum lac leve relinquendo); secundi, quia legibus suis injustis nationum harum immigrationem in territorio a se dominata prohibuere, (licet territorio haec naturaliter pro his nationibus essent destinata: v.g. Australiae Orientis populos, Africae Orientalis Indios deberent imprimis ad emigrandum permittere. etc.) -

(Ad 3.- Emigratio nationalis, non tantum personalis:)- Ultimis decenniis unicus fuit modus sponte evolutus ad incolas superfluos territoriorum quorundam dense habitatorum abducendos: singulis hominibus nempe dabatur facultas alicubi emigrandi. At jus "terram multiplicando replendi" non tantum singulis familiis, sed nationibus qua talibus quoque competit. Ideo non sufficit, si mutantur leges immigrationis personalis, sed COMP singulis nationibus territoria compacta assignare deberet, ubi membra nationis privilegiate (imo et exclusive) emigrare possent, aliis verbis: colonias deberent accipere, ubi suas massas considerare facere possint, quin eae nationalem vitam propriam pro vite corporali sacrificare cogantur, sese nationi dominanti assimilando.

Diversitas nationum et nationalitatum, character et vite nationalis est Dei voluntas: nationes sunt naturalis dilectio vitae familiaris, communi origine et educatione ortae. Jus naturale tuetur ideo cujuslibet nationis mores (licitos) et culturam propriam, imprimis linguam maternam (praesertim magis evolutam); at nationes non habent jus ad nationalem religionem conservandam, (ad summum ad cultum propria lingua). Haec jura tum singulis personis, cum singulis nationibus competunt; nemini licet v.gr. linguam maternam alterius personae vel nationis vi rapere, usum prohibere, nec eam cogere, ut de se illam deserat et nationi cuidam alienigenae sese assimilet. (Etsi non est tam gravis injuria aliorum linguam spiritualiter, quam physice ex ore eripere, tamen injustitiae est magna.) Ideo reprobandus est modus ille emigrationis, qui necessario secum portat perditionem proprii characteris nationalis et maternae linguae. Jamvero domini territoriorum vacuorum hodierni fere ab omnibus hoc exigunt, etsi non de jure, de facto tamen. (In Australia, in America Meridionali, imo et in USA! etc.) Magna pars immigrantium post aliquot decennia assimilatur nationi dominanti et perdet suam priorem nationalitatem. Etiam in USA illi circ. 90 mill. hominum, qui hodie tantum anglice loquuntur et ut Angli considerari possunt, forae dimidia parte non natione Anglicae fuere ibi immigrando.

Si in alicuius natione magno numero evenit, quod filii ejus emigrare coguntur ob infavorabilem statum oeconomicum nationis (v.g. Italicae, Germanicae etc.), et ille natio eos tamen mittere debet, licet sciat eos se perituram esse, morale suicidium nationale dici debet ejus nationis. Omnis talis solutio caritatem certe maxime laedit internationalem, imo et injusta dici debet: videtur injustum esse et pretium exaggeratum ab immigrantibus ad corporalem vitam alendam suicidium nationale exigere morale. (De se nec id domini horum territoriorum, praesertim a simplicibus immigrantibus exigere possent, ut pro pane acquirendo aliquam novam linguam alienam addiscant. Nulla natio jus habet suam linguam filii ceterarum nationum imponere. Quaelibet natio aequa jura habere debet!)- Si oppressio debiliu personarum (viduarum, orphanorum) est in coelum clamans peccatum, tunc et nationum debiliu oppressio fere idem dici deberet, praesertim si ita opprimuntur, ut ad suicidium aufugere coactae essent. Certe physicum suicidium (occisio foetuum, extinctio vis generativae) majus est multo peccatum, ac suicidium hoc mere morale, at nec hoc licitum dici potest. Ideo mundialis organisatio talem idealem modum emigrationis debet realisare, ubi haec vitia omnia exclusa sunt. At hoc tantum in emigratione nationali habetur: I.e. nationibus omnibus (vel saltem his, quarum filii majori numero patriam suam reliquere coguntur, ut vivere possint,) territoria compacta (non tantum paga quaedam, sed integrae provinciae, majores coloniae assignentur, ubi ipsae in massis quoque magnis emigrare et pergere possent suam propriam vitam nationalem imperturbate. Haec territoria cum statu materno intimas debent relationes fovere posse (etiam politicas). Haec est unica vera et idealis solutio emigrationis, quae certe unice convenit aequalitati, forse etiam justitiae et quam maxime caritati. Si postea filii cujusdam nationis tamen non in territoria suae nationi assignata emigrare volunt, (et possunt,) et ite novam linguam discere, imo et nationalitatem perdere coguntur: volenti et contrarium quoque eligere valenti, injuria non fit. - UNO pro refugiatis ex Oriente (et pro Germanis expulsis) non talem modum realisabat, sed membra singularum nationum disperdi et periculo assimilationis exponi sinivit. Hoc vero maxime reprobandum est! - COMP incumberet obligatio singulis nationibus territoria immigrationis assignare, ad saecula sufficientia et leges migrationis mutare.

(Solutio in regionibus nationaliter mixtis: evacuatio obligatoria massarum:)
In mundo plura sunt loca nationaliter mixta (sicuti v.gr. in statibus Europae Centralis). Fundamento caritatis catholicae posset quidem cogitari cohabitatio pacifica diversarum nationum in unico status, at ob difficultates concretas melius tamen est, si in uno statu non uniuntur diversae nationalitates, si status nationales sunt, multo pacatius est vita civium. Ideo Comp intendere deberet unitates nationales construere.

Status et nationalitates sunt quidem conceptus disparati, ideo possent in eodem statu de se diversae nationes cohabitare (USA, Helvetia, etc.), at semper sunt idealiores status unius nationalitatis, quam plurium. Diversitas nationalis inter cives semina spargit internarum discordiarum, minoritates in statu sunt generatim cives secundi ordinis. Liberi educandi per duas vel tres linguas in scholis quoque jam in aetate minori discendae perturbantur in evolutione sua.

Saepe etiam educatio ad virtutem amoris patriae difficilis est: sensus nationalis et obligatio fidelitatis erga statum (cujus cives sunt), saepe in collisionem veniunt. (Ita v. gr. in Transsylvania Hungari semper ad suos connationales in Plano Hungarico, Rumeni vero ad suos connationales Ciscarpaticos sensu suo nationali attrahuntur, contra statum quoque in quo vivunt.) Etiam injuriarum fomites tales status in se continent, in quantum natio dominans minoritates alienigenas sibi assimilare intendit. Ideo status plurium nationalitatum ab alienigenis purgari deberent, eos ad evacuationem obligando. Cum tamen cui libet nationi (etiam minime) conveniat e bonis communibus generis humani parte suo numero correspondens, evacuatis quoque spatium vitale sat magnum assignari (resp. forse jam possessum dilatari) deberet, ut in hoc territorio (ab alienigenis purgato) vitam suam degere, et continuare possint. Si tamen natio aliqua tem parvo numero vivit, (vel adhuc non est sat matura,) ut statum autonomum non possit constituere, (v. gr. diversi tribus Tatarorum in Russia vel Negrorum in Africa,) tunc eis nationalis autonomia a COMP garantata et defensa agnosci deberet, et natio protectrix eam etiam ad conscientiam et culturam nationalem educare teneretur. Hoc adiutorium internationale nulli minoritati deberet denegari: cur v. gr. Normannes in Gallia, Basci in Hispania, Scoti in Anglia jam in elementaribus scholis lingua status et non propria nationali instruuntur? COMP non tantum ad purganda vitalia spatia deberet obligatoriam evacuationem adhibere, sed et ideo ut superfluae massae ex territoriis densissime habitatis abducantur. Ideo aliquid adhuc de hac evacuatione.

Jam Hitler volvebat in animo majorem evacuationem etiam coactam aliquorum nationum alienigenarum e spatio vitali Germanorum; victores evacuationem quandam et realisabant, expulsando omnes Germanos ex Oriente. Evacuatio etiam obligatoria in se non esset medium illicitum ad solvenda problema internationalia, ideo etiam a COMP adhiberi posset, immo ei solutiones non transeuntes ad paucos tantum annos vel pauca decennia, sed ad saecula intendit, etiam deberet. Attamen circumstantias aggravantes evitare deberet. Etiam Germanorum expulsio non in se laedebat caritatem et (partim saltem) justitiam, sed ob circumstantias dici posset etiam moraliter mala; Expulsio Germanorum ex spiritu vindictae et (partim injustae) punitionis oriebatur, modo in christiano, imo inhumano fuit exsecuta, intra nempe valde breve tempus (saepe intra aliquot tantum horas), cum totali jactura bonorum pro singulis, et praesertim ideo, quia evenit ex territoriis magis vacuis in regiones densissime habitatas. Si haec circumstantiae aggravantes (imo partim et injustae) eliminarentur, posset dari evacuatio etiam major obligatoria ad solvenda quaestiones internationales de toto correspondens justitiae, imo et caritati. Ita non a hodie in crastinum, sed paulatim, per longius tempus, non jactura bonorum, sed restitutione justa bonorum relictorum, non in regiones maxime habitatas, sed in territoria fere vacua deberent tales evacuationes exsecutae fieri. Certe etiam in hoc casu evacuatio pluribus ad tempus nostalgiam, desiderium patriae relictae causaret, at hi hunc dolorem pro pace et majori bono totius generis humani patienter tolerare deberent. (Ceteroquin hic dolor ad minimum reduci posset, si habitantes pagorum et oppidorum in nova patria quoque simul manerent, si noti et cognati in eundem locum evacuantur.) Propaganda caritatis quoque faciliat rem.

Ante circ. mille annos plures nationes sponte et instinctive, (non a ratione ordinante ductae,) partim sub pressione potentiorum populorum ex Oriente in Europam migrarunt, et Europa per plus quam mille annos iis fundamentis circ. ulterius evolvebatur, quae tunc temporis jacta sunt. Idem deberet hodie repeti, at non in Europa tantum et inordinate, sed in universo mundo ratione dicente: vera transmigratio gentium deberet organisari rationabiliter e territoriis superdense habitatis (et nationaliter mixtis) in regiones plus-minusve vacuas, ut nova millenaria evolutio in universo mundo initium sumere possit. Si tunc temporis per bubalos et equos integrarum nationum quoque migratio erat possibilis, hodie per vehicula ferroviaria, per naves vaporica vi ductas et per aeroplana talis migratio multo facilius realisari posset. Ita in aliquibus decenniis etiam centum milliones Senensium possent in regiones vicinas irradiare, vel Indiorum innumeri in Australiam et Africam transplantari, vel regiones nationaliter mixtae purgari. Germani, Itali et Japonenses in suis coloniis transoceanicis secundam patriam condere possent.

(Divisio in concreto:)- Quoad divisionem in concreto definitivum nunc non potest multum determinari. Nemo nempe certe scit et praevidet quasnam mutationes sequens bellum secum portabit: Num Anglia (partim saltem) a fluctibus Oceanis non operietur? num nationes minores quaedam non extirpabuntur? quot homines manent in USA, Russia, Europa Occidentali, China et Indiis etc.? Tantum quaedam dicam: Fundamentum divisionis praeter quaedam jura vera historica imprimis numerus debet constituere incolarum. Hoc respectu hodie pro 15 homines veniret Km./quadr. Attamen non omnes regiones terrae eundem valorem habent:

regiones montanae, tundrae gelosae et deserta infructuosa non possunt aequaliter aestimari cum territoriis fertilibus et divitibus in thesauris mineralibus. Nec omnia jura historica de toto irritari possunt, praesertim in territoriis densius habitatis. Etiam propinquitas debet considerari ad patriam: Ita v. gr. prouti nationibus Asiae longinqua non Africa Occidentalis vel America Orientalis sunt territoria naturalia migrationis, ita pro Anglia quoque vel Germanis non Australia vel Nova Seelanda deberet assignari et.-

His praemissis quaedam in concreto: praeter duo immensa regna, China (cum 5. 450 mill.) et India (+Pachistan simul prope 380 mill.), majoris numeri nationes sunt: Slavi omnes c.220, Angli(etiam in USA) 180, Germani(cum omnibus in mundo dispersis), Japonenses et Hispani 90-90, Itali, Galli, Lusitani et Arabes 50-50 mill. Nec nationes coloratas licet oblivisci, imprimis Negritas et Malayenses, cum circ. 150-150 mill.- Slavorum spatium vitale deberet esse Europa Orientalis et Siberia Occidentalis(a Vistula+Bug.ad Jenissei) et eis ad Oceanum calidum per Iran aditus deberet permitti. Slavi omnes ex Hungaria redintegrata et Rumenia dilatata saltem, (imo forse ex Peninsula Balcanica omnes quoque) ibi evacuari deberent. - Siberia Occidentalis, Australia integra et partes occidentales Americae pro nationibus Orientis debent esse naturale territorium immigrationis (initio sub protectoratu dominorum hodiernorum). - In Africa indigeni coarctari deberent: Negritae(a Senegal ad Kunene) in partibus occidentales et centrales; Arabes in Aegyptum et Sudan(+Cyrenaica), quae eis simul cum Syria et Arabia sufficere deberent(non tantum ideo, quia ipsi cetera territoria olim injuste a Christianis occupaverunt, sed etiam, ob eorum parvum numerum). - Abissinia ad mare et Oceanum deberet dilatari. Ceterae regiones pro coloniis deberent inservire: Fasoia Nordica pro populis Mediterranaeis, (imprimis Gallis, at Tunisia magis Italis); Germanis tantum colonia eorum pristina in parte Meridionali-occidentali. Anglie tantum pars maxime meridionalis. Africa Orientalis ad Oceanum Indicum de toto Indiis deberet aperiri. - Nationes Europae Occidentalis imprimis Americanas deberent colonizare: Anglie(cum nationibus Nordicis) deberet sufficere major pars Canadae et USA; Hispani et Portugalenses deberent in duo magna regna coarctari et ceteris nationibus Europae (imprimis Germanis et Italis, at pro necessitate etiam nationibus Europae Centralis) sat magnum territorium compactum tradere. In utraque America indigenis Indianis conversis et civilisatis proprium regnum sat magnum deberet assignari. Hoc esset breve projectum, adhuc disputandum. - Munus technicae internationale ab hac organisatione directum esset; integrum orbem terrarum homini subjicere et omnes ejus regiones, montes, tundras gelosae et deserta infructuosa quoque in territoria fertilia mutare. Deus mundum pro homine creavit, at propter hominis peccatum et ipsum maledictioni subiecit. Hanc maledictionem deberet homo solvere, partim sua ratione vires naturae domando et leges naturae pro posse mutando, partim Dei mandata semper magis implendo. Homini non liceret fatalistice hodiernum etatum terrae ut immutabilem acceptare, sed eum mutare deberet; intendere deberet loca arida in fructuosa transformare, fluviorum cursum mutare, pluviam et nebulas quoque pro lubitu determinare et dirigere etc. Terra deberet homini servire et non homo ei. - Vix non ideo providentia divina novas inenarrabiles vires ab homine detegi sinivit, ut ipse per eas terrae semper magis dominare possit: v.g. vomere atomico in desertis canales fructificantes trahat, imo et montes scindat, radiis cosmicis in regionibus arcticis gelum iterum atque iterum solvat, ut etiam hae regiones fructus ferant etc. Efemerides referebant de projecto Russorum cursum fluviorum Siberiae mutante, ut hi fluvii partes meridionales fructificent. Similia projecta deberet COMP in universo orbe realisare. (In projecto Russico tantum inhumana tractatio operariorum esset reprobanda: ad hoc opus exsequendum inimicos systematis volunt condemnare, qui in circumstantiis inhumanis viverent, ita ut realisatio projecti 15-25 annorum saltem 20 millionum hominum vitae sacrificium postulare.) -

(Brevis conclusio:)- Per COMP tandem veniet tempus, quo fundamentalis thesis oeconomica theologiae medi aevi, thesis nempe Communismi catholici(i.e. universalis, mondialis) realisari inceperit. Deus mundum toti generi humano creavit, ideo omnes nationes sat territorii habere et possidere debent, ut intentioni Dei de replenda terra sine nimia cura de futuro etiam per longius tempus(aliquorum saeculorum) correspondere possint. Ideo inter eas bona terrae pacifice dividi debent. Eodem modo quo, teste Genesi, Abraham et Lot inter se Terram promissam fraterne diviserunt, (c.15.) deberent omnes nationes orbis terram universam inter se pacifice dividere. Idem exigeret dogma de supernaturali filiatione divina hominum et consequenter de fraternitate omnium per gratiam, quae ab omnibus, qui vere Christiani sunt, sensum verae caritatis exigit, necnon omnium problematum solutionem ex hoc sensu. Hoc vero importat divisionem bonorum tum in statu inter cives("fratres"), tum inter nationes in mundo. S. Petrus etiam poena mortis hanc divisionem a primis Christianis exegit, tempus est, ut etiam hodierni Christiani idem intelligant et realisent, et hoc esset munus COMP pro mundo.

Haec organisatio vigilare quoque deberet, ne natio quaedam ceteras industrialiter exploret et dominet ac sibi monopolium industriale intendat, ideo concurrentiam internationalem refrenare tenetur, ac sanam proportionem industrialem inter nationes realisare. Nationes majoris culturae technicae ceteras non explorare, sed educare intendant. Omnia opera metallica et industrialia illi nationi imprimis lucrum ferre deberent, in cujus territorio ea inventiuntur, superfluum vero affluat ceteris nationibus(imprimis pauperioribus, etiam de toto gratis!) Non liceret permittere v.gr. ut USA et Anglia manus suas ubique super campos petroliferos vel fodinas minas Uranii ac metallorum pretiosorum etc. ponant.

Haec organisatio jure nativo ordinare deberet omnes relationes internationales: deberet unicum pecuniam pro mundo condere, commercium internationale, bonorum quorumlibet commutationem inter nationes regulare, communicationem per navigationem et viam ferream in mundo dirigere etc. Teneretur paulatim Communismum quendam profiteri et realisare mundialem; jam inde ab initio bona quaedam majora (postea semper plura) communem possessionem generis humani declarare. Prouti status in "communisatione" bonorum civium privatorum, ita deberet COMP hac internationali communisatione statuum singulorum egoismum semper magis refrenare, imo et manu forti reprimere.

(Quaestio Judaicae internationalis solutio:)- Juxta superius principium etiam genti Judaicae assignari deberet territorium sat magnum, ubi omnes ex integro orbe Judaei transmigrari obligati essent, ut ibi et ipsi vitam suam propriam nationalem ducere possint. Imprimis Palaestinam dilatam debent accipere (a Peninsula Sinaitica usque ad fluvium Euphrat et Sinum Persicum), ita tamen, ut loca sacra et viae ad ea immediate Summo Pontifici subordinata manerent, (et ad exemplar Romae internationalia essent). Praeterea etiam alia territoria accipere deberent suo numero correspondentia; (forse pro Judaeis in America Peninsula Florida etc.) - Mundus Arabicus protestabatur et decertabat contra institutionem status Israel in Asia Minori, eo quod Palaestina a saeculis eorum erat, at immerito: Illi vix 40, ad summum 50 milliones Arabum sat magna territoria extra Palaestinam possident, (a Marocco ad Irac,) multo majus, quam eis pro eorum numero conveniret; Judaei quoque (circ. 18 mill.) deberent alicubi vivere posse, jus vero eorum historicum ad Palaestinam potius est multo, quam illud Arabum. Cum vero Palaestina pro eorum numero parvum est, dilari deberet, imo eis etiam alibi territorium assignari. Christianorum vero jura ad loca sacra maxime sunt fundata, ideo haec ab ipsis deberent administrari, imo ibi omnes nationes mundi districta habere deberent.

Haec solutio quaestio Judaicae esset simul justa defensio Christianorum contra aggressionem infidelitatis Judaicae. Judaei sunt protoinimici Christi et Christianismi, ideo sine praevia eorum conversione nunquam jus fidelibus in societate christiana habere possunt. Medio aevo ideo in locis a fidelium districtibus separatis (in "ghetto") cohibebant. - Primi fautores haeresium protestanticarum quoque (Luther et consortes) similia sensus fuere, imo et antisemitae erant, quidem, attamen evolutio spiritualis falsa ab ipsis incepta spiritum verae fidei et sensum vere christianum in animis semper magis extinguit et ita homines etiam de infidelitate Judaica deque religione Israelitica minus recte senserunt. Nepes Protestantismi, secta massonica, non curando de Mysteriis maxime essentialibus Christianismi, Sc. Trinitatis et Incarnationis nempe ac de unico Mediatore hominum, Christo Domino, animas praeparavit doctrinaliter ad aequiparationem religionis Judaicae cum ea christiana. Genu humanum ita per protestantismum et sectam massonicam ad planum recidit V.T., quod status erat revelationis unius Dei tantum. Liberalismus vero (per prelum massonico-judaicum adjunctus) has ideas etiam in vitam publicam sua legislatione introduxit, Judaeos Christianis juridice quoque aequiparando. Eventimenta ultimi saeculi sat monstrarunt, quam recte fuit opinio et modus agendi medi aevi in hac quaestione: Populus Judaicus propter ejus magnam astutiam Christianos oeconomice in crumenam recondit et ex labore ac sudore operariorum Christianorum sibi immensas divitias tundeat. Licet ipse nec 1% populationis mundi constituat, plus quam decima pars opum terrae in manus ejus devenit. - Activitas ejus tamen inter Christianos adhuc majora damna causabat in fide et moralitate praesertim per prelum, quod indifferentismum absolutum alebat in animis et societatem moraliter dissolvebat. Idololatria divitiarum et moralitas levis in USA et mundo magna ex parte ejus nocivo influxui est ascribendum. Etiam suctores Communismi athaeistae Judaei fuere: Marx, Engels, Lenin etc. Judaei fuere, sicut et ex hodiernis ducibus factionis ubique plures. Hi ob stultissimam libertatem preli et opinionis sua principia maxime nociva libere potuere spargere et per ea animas venenare. Ideo societas christiana non tantum ob eorum duomillennare odium in Christum, sed et ex justo instinctu vitali sese contra injustum aggressorem defendendi, jus et obligationem habet eos ex suo corpore excludendi. Populus USA Indios in reservationes inclusit, (in abstracto etiam cum jure) nam ipsi vitae et bonis coloniantium sibi coloris periculo constanti fuere; (in concreto solutio non fuit sat aequa, nam proto-possessores continentis meliora territoria debuissent retinere posse). Judaicus populus periculo est vitae spirituali et oeconomicae Christianorum, idem debet ei quoque incidi; includatur in "reservationes"! Resuscitetur nova forma solutio medi aevi; constituentur "Ghettos", at non in qualibet episcopali civitate, sed ad summum qualibet natione unum territorium separatum, vel multo melius in uno vero mundo assignentur eis 2-3 loca sat ampla, in quibus et ipsi vitam propriam nationalem ducere possint, quin Christianis nocere valeant. Sine eorum praevia catholica conversione non liceret eos in ullo statu, ut cives assumere. In Palaestina il imprimis extra loca sacra deberent habitare et (inquantum habent) a connationibus suis conversis gubernari. Ne periculo militari essent pro Christianis, eorum vite technice catholicae inspectioni subesse deberet ubique. Includendo eos in has reservationes, divitiae eorum modestae eisdem de toto restitui deberent, at opes immensae solummodo in parte, (cum haec certe cum iteratis et magnis laesionibus justitiae cumulatae erent).

4. *Conversio mundi catholica ope COMP.* - Munus nobilissimum et potissimum huius organisationis esset progressum missionum et conversionem mundi efficacissime promovere, Sanctamque Sedem potenter tueri. COMP ad adjuvandum progressum missionum et ad propagandam fidem iisdem rationibus duci deberet, quibus status movetur ad extinguendas haereses. Societas humana tenetur Deum agnoscere, qui hodie non tantum in natura, sed et in revelatione hominibus sese manifestat, non tantum Creator est, sed et Elevator, qui nos per suam Ecclesiam vita sua propria ditare vult. Maximum bonum publicum non tantum singulorum statuum, sed et universi generis humani est religio revelata catholica, quam proinde si duces nationum subditis suis non intendunt communicare, damnum eis inferunt quam maximum. - Etiam temporaliter maximum bonum internationale religio realisare velle, regnum vero caritatis non nisi regno veritatis potest superaefficari. Imprimis pro internationali vita potest tantum religio catholica unicam fortem, inconvulsibilem basim praebere, nam ipsa unice inde ab ortu suo universalis (= catholica) est et fuit, ac ipsa sola est apta omnes homines quaecumque nationum et classium socialium interne unire. Sine hac interna unitate animarum nec pax vera conservari posset: tunc tantum paci universali frui homines poterint, si guberniis ducuntur in universo mundo ejusdem sensus, nempe sensus catholici. (Vix etiam pacifica divisio mundi aliter obtineri poterit.) Maximum Dei donum pro hominibus religio est catholica, quam hominibus nec singulis, nec in necessariis societatibus unitis unquam spernere licet, quin Deum, nostri generis Creatorem et absolutum Dominum maxime offendant. Hoc vero huic organisationi, quae et ipsa necessaria, in natura fundata societas est, permittere nunquam licet!

Actus quidam in concreto ad hoc essent: COMP curam deberet gerere, ut fideles in regnis suis "census apostolicos" ad S. Sedem et missiones sustentandas rite solvant, imo etiam ipsa regna, quae membra sunt, saltem bonis materialibus superfluis pro posse opus missionarium adjuvent. Si regna saltem catholica ultimis saeculis missiones magis adjuvissent, partem saltem suarum expensarum pro sermone ad fidem propagandam vertissent, mundus hodie paci et prosperitati majori gauderet. Communistae pro sua propaganda in Asia et Africa per decennium vix non majores summas expendebant, quam Ecclesia per dimidium saeculum. Postquam haec organisatio jam momentum politicum sat magnum acquisivit, intendere deberet, ut populi in omnibus regnis, etiam ubi catholici in exigua minoritate vivunt, (v. gr. in India vel China etc.) a guberniis catholicis regantur. Ubi libertas Ecclesiae coarctata est, ibi saltem per boycott oeconomicum catholicum, imo si necesse est, etiam armis intervenire deberet.

Per tale oeconomicum boycott statuum catholicorum, (si jam nunc realisari posset,) jam hodie quoque regna non catholica ad amiceles relationes erga S. Sedem moveri possent: ita v. gr. sub pressione boycott-i nationum catholicorum etiam USA aliud carmen canerent. - At in casu necessitatis etiam bellum esset gerendum in favorem missionum catholicorum (et tantum eorum!). Nationibus catholicis non liceret tolerare prohibitionem operis missionarii in aliquibus regnis vigentem, (v. gr. Afganistan,) sed eam etiam armis abolere deberent, si aliter non possent. - Item regnia vere catholica non liceret gubernium atheistam per tam longum tempus tolerare, sicut hodierna regna hoc cum Russia faciunt, sed etiam bellum cruciferum ei declarare obligati essent. Si vicini domus ardet, ei succurrere debemus (si possumus,) non tantum ideo, ne et nostra domus incendatur, sed etiam altruistica, ne ipse majus damnum patiatur. Similiter si in vicino statu ignis satanicus odii et erroris infernalis flagrat, non tantum ideo deberent status vicini etiam armis intervenire, ne et propria patria hoc igne combusta in favillam convertatur tum spiritualiter, cum materialiter, sed etiam ex caritate erga populum oppressum et seductum, ut ipse e jugo satanae liberaretur. Tales motus spirituales nempe in suo progressu per limites statuum non impediuntur et retinentur, sed etiam animas status vicini faciliter incendunt, in eis fidem comburent, annihilant, postea vero regna etiam materialiter per revolutiones et bella devastant. At etsi propria patria salve maneret, ob bonum spirituale quem maximum civibus vicini status in adiutorium festinare deberent catholici, ut eos liberarent.

(Constitutio protectoratus nationum catholicarum saper infideles populos:) Ad populos infideles celerius convertendos, status catholici protectoratum super acatholica territoria accipere deberent inter nationes semiferas imprimis. Catholici coloratos populos quoque ut fratres debent considerare et tractare, ut fratres minorenes (imo et impuberes), pro quorum sorte aeterna quoque majorenes (populi jam conversi) etiam ante Deum responsables sunt. Etiam ipsi sunt entia immortalia ad divinam adoptionem vocata, quae despiciere non licet, sed et ipsa ad planum superius culturae debent elevari et imprimis ad veram fidem converti. Omnes nationes conversae Europae territoria deberent accipere sibi demandata, ubi ipsae, ut tutores fratrum suorum minorennium has obligationes implent et eos ad fidem convertunt ac ad civilisationem veram educant. Populis tutoribus non liceret territoria haec patronatus in proprium commodum explorare oeconomico, (solum colonias suas,) sed indigenos debent ad hoc educare (praeter missionarios ibi missos, per architectos, chemicos, physicos, medicos et alios peritos,) ut ipsi ea in favorem proprium colant.

(Crisis politicae colonialis):- Ecclesia primis tribus saeculis suae historiae bellum ad vitam et mortem gerebat contra statum paganum Romanum, super quem tempore Constantini Magni splendidam victoriam reportabat. Fructus hujus victoriae erat imprimis conversio Imperii Romani, postea vero totius Europae. Ecclesia a devicto ut praedam accepit etiam culturam naturalem sat evolutam Romanam et ope hujus ut domina Europae et educatrix nationum migrantium, non tantum fidem supernaturalem nationibus communicavit (quod principale fuit,) sed etiam culturam ceptam. Nationes in sinum suum maternum accipiendo et Christi miti jugo subiiciendo, eas in civilisationem quoque introduxit. Praesertim per opus ordinis S. Benedicti communicavit eis culturam Romanam et maximum bonum fidei verae. Hujus ordinis filii fuere primi veri colonisatores et missionarii Europae, qui populos migrantes non tantum ad fidem convertebant, sed etiam ad agros colendos et civitates condendas instruebant. Beneficiorum Ecclesiae memores, hae nationes servos ejus etiam bonis materialibus cumularunt. (quod Ecclesiae fere plus damni, quam lucri afferebat,) at intentione missionariorum ope ultimum tantum tenebant locum, post communicandas culturam et praesertim fidem.

Cum progressus technici et inventiones geographicae ultimis saeculis nationibus Europae subjectionem ceterarum partium mundi, ceterorum continentium possibilem reddebant, hae nationes ordinem superiorem subvertebant: imprimis explorationem oeconomica horum territoriorum quaerebant, egoisticam et saepe crudelam quoque, accedentes (saltem ultimis decenniis) culturam quandam hos populos instruebant, at de fide communicanda (Hispanis cum Luisitanis et partim Gallis exceptis,) nihil curarunt, cum ipsa etiam in suis animis extincta erat. Immo tum vita et pessimum exemplum, tum principia horum "colonisantium" massonica fidei propagandae maximo obstaculo fuere: Principium massonicum de aequali jure omnium religionum non fuit aptum populos subjectos ad implementationem summi praeepti de fide accipienda efficaciter movere. Crudelitas, egoismus et superbia vero colonisantium indigenos a Christianismo deterrebant. Imprimis Anglosaxones nationes his vitiis quam maxime indulgebant: crudeliter et hypocrisi massonica explorabant indigenos, quos ipsi ut homines tertii ordinis (non raro ut belluas,) considerabant, coloratos tum in USA, tum in Asia vel alibi in coloniis Anglorum quam maxime despexere. (Anglosaxones theoriam Germanorum de gente dominante - Herrenvolk, rejiciebant quidem theoretice, et cum jure, cum ea falsa sit, at apud eos haec opinio non tantum theoria fuit paucorum, sed usus quotidianus multorum fere jam a duobus saeculis.) Galli hoc respectu jam meliores fuere: ipsi coloratos etiam ut cives sibi aequales accipere. Hispani et Portugalenses (etsi contra Negros crudeles,) coloratos et convertere intenderunt, et quidem cum maximo fructu.

USA volunt systema coloniale hodiernum abolire et partim cum jure. Intentio tamen eorum non est pura: per hoc exclusis potestatibus Europae in his territoriis sibi manum liberam volunt acquirere ad mercaturam et industrialem explorationem. - Catholice rem considerando, de se non multum differt, an in India vel Indonesia gubernis massonica indigena vel Anglica sint. Attamen si in Europa gubernis catholica essent, ea haec territoria non deberent de toto sibi aequiparare politice, dum haec regna in fide non fuerint confirmata et magna pars populationis non fuerit catholica. Etsi catholicis non licet homines specierum coloratarum ob rationes "rassicas" despiciere et opprimere, tamen non debent ipsi oblivisci, quod hi homines adhuc magna parte infideles sunt, et infidelitas unum est ex peccatis maximis. Ideo eorum totalis aequiparatio cum populis conversis etiam in vita internationali politica et juridica denegari debet, (non tamen naturalis justitia erga eos quoque obligatoria). Etiam haec moralis pressio medium potest esse ad eos convertendos. Ideo etiam nationum catholicarum protectoratus super hos populos durare deberet, dum ipsi in fide jam sat confirmati erint.

(Lex coelibatus mitiganda in bonum fidei):- *Etiam haec quaestio (sicut et illa de lingua liturgica materna) stricte non est factionum munus politicarum, sed est interna quaestio (prouti hic attingo mere) disciplinariae Ecclesiae, a competente auctoritate solvenda. Pars doctrinalis certe vera est: coelibatus in se est vere multo perfectior status statu matrimoniali et statui sacerdotali (praesertim juxta intentionem Ecclesiae realisatus) splendorem quandam accidentalem non parvum mutat. Attamen ex diversis rationibus practicis (etiam missionariis) disciplina ecclesiae orientalis (etiam unitae) prudentior et naturae humanae per originale peccatum sauciatae magis conveniens esse apparet. Tum bonum fidei universim inter homines, tum personale bonum sacerdotum magis suaderet matrimonium facultativum sacerdotum. Quaestio inde prouti hic propono est mere disciplinaria et prudentiae tantum.*

Legis coelibatus vestigia quaedam jam in primaeve Ecclesia martyrum inveniri possunt, at generalior est factus hic usus in Occidente tantum post libertatem Ecclesiae assecutam per leges particulares. Primo millenari in universa Ecclesia usus tamen nondum invaluit, secus schismate secuto contraria consuetudo in Oriente vix de novo introduci potuisset. Nunc vero, si sacerdotes catholici per mille annos matrimonium inire potuere, quin desinivissent membra esse Ecclesiae, imo et eorum sacerdotio salvo, nonne inconsequens est et exaggerate severitas propter eundem actum eos hodie sacerdotio privare, immo per excommunicationem etiam ad apostasiam ab Ecclesia cogere? (can. 2388.)

Libri ascetici ita extollunt castitatem, praesertim perfectam, acsi ipsa esset summa virtutum et virtus maxime sacerdotalis ac apostolica. Certe magnum splendorem dat ipsa tum in terra (honorem specialem), tum in coelis (in aureola virginum imprimis), attamen vinculum perfectionis semper caritas est, (sine ea castitas quoque caret valore,) et animae sacerdotali castitas non essentiam constituit, tantum decus quoddam accidentale, proinde ad sacerdotium nec absolute necessaria est. Si quis illam rite observat, juxta intentionem Ecclesiae, (ut nempe minus impeditus Deo servire possit, i. e. ex caritate,) tunc etiam fons est ipsa internae viris spiritualis non exiguae et fertilitatis apostolicae, at essentiam status et animae sacerdotalis vere constituit zelus apostolicus ex sensu fidei et caritatis ortus. Hic vero, etsi rite intellecto coelibatu alatur et adjuvetur, cum illo non est necessario conjunctus, prout ex altera parte nec coelibatus hunc zelum necessario gignit. Teste experientia etiam inter laicos non raro habetur coelibatus mere naturalis, qui fidem et caritatem minime corroborat, e contra vero inter fideles conscie catholicos, etsi matrimonio junctos, saepe major est firmitas fidei et calor caritatis, quam in multis sacerdotibus coelibibus.

Teste historia sacerdotium matrimonio junctum primorum saeculorum mundum ex suo angulo levavit, ex paganismo illum in 4 saeculis ad fidem convertit, dum sacerdotium coelebs illum in suum pristinum (imo propter athaeismum, pejorem) statum decidere sinivit. Certe non est interna causalitas inter statum matrimonialem et fidem propagatam ex una parte, resp. inter coelibatum et apostasiam a fide ex altera parte, attamen factum superius sufficienter demonstrat, quod in sacerdotibus matrimonium facultativum nullo modo necessario extinguit vel minuit, resp. coelibatus non necessario auget et corroborat fidem et caritatem et consequenter zelum apostolicum. Primaevae Ecclesiae sacerdotes ideo mundum convertebant, quia in ipsis (licet matrimonium facultative inire potuere,) mira fuit fortitudo persuasionis fidei et fervens ignis caritatis, ex altera parte vero sacerdotium coelebs, quia virtutibus fidei et caritatis non excelluit, illas non satis possessit, nec mundum spiritu verae fidei sufficienter et constanter alere potuit.

Causalitas quaedam mere externa tamen statui posset: Si lex coelibatus tempore Protestantismi obligatoria non fuisset, damna fidei minora fuissent; multi aeseclae Lutheri et aliorum "reformatorum" ex sacerdotibus hoc heroicum jugum portare non valentibus pervenire. Item in missionibus, exiguus fructus operis missionarii partim huic legi est attribuendus. Quo major est nempe numerus in vinea Domini operantium, eo copiosior est fructus reportatus. Numerus vero in missionibus juncto major fuisset sacerdotum indigenorum quolibet tempore, si et matrimonio juncti ordinari potuissent. Ideo potuit primaeva Ecclesia crescere et persecutiones superare, quia numerus sacerdotum (et pontificum) fere immensus dici potuit. (Tempore Cypriani S. solum in Africa Occidentali 450 episcopi fuere, quot tunc sacerdotes?) Hos omnes occidere, persecutores non potuere, ac propter eorum magnum numerum mundum Romanum et Graecum per 4 saecula converterunt. Tam amplum numerum sacerdotum primaeva Ecclesia juxta hodiernam legem disciplinarem coelibatus vix habere potuisset; fuerunt multi quidem sponte coelibes, imprimis inter duces (pontifices), at major eorum pars licite matrimonio inire potuit. Ita conversio Imperii Romani tam celerata partim mitiori usui ecclesiastico relate ad matrimonium adscribi potest. - Similiter, si Ecclesia inde ab initio majoris activitatis missionariae plures et sufficientes sacerdotes indigenos habuisset et ad hoc etiam (ad exemplum primaevae Ecclesiae) etiam viros matrimonio junctos ordinasset, nec procellae persecutionum in Oriente tam radicitus hos teneros hortulos vitae christianae devastassent, nec tempore pacis tam parvus fuisset proventus. Ita revera cum jure dici potest: Nimia affectio Ecclesiae ad bonum in se accidentale, ad splendorem nempe sacerdotalis coelibatus, bono essentiali, bono nempe fidei propagandae de facto damna intulit non parva. - Etiam hodie Protestantes (turnatim saltem) in magna massa vix aliter conversuros esse puto, quam si cum eorum pseudo-pastoribus similis iniretur conventio ei, quae schismaticis sacerdotibus Ruthenis et Ruthenis Romae unire cupientibus matrimonium facultativum permisit. In missionibus quoque multo plures essent sacerdotes, (forse etiam ex paganis sacerdotibus, ceteroquin non raro naturaliter bonis,) si non deberent heroicum sacrificium coelibatus ferre. - In universo mundo catholico generalis quaerela est de sacerdotalium vocationum insufficientia: mitigata lege coelibatus, vix non indigentis magis satisfieri posset, eo quoque magis, quia inter fideles laicos (ceteroquin matrimonio junctos,) plures multo dignius ineffabile sacramentum sumere et sacrificium aeterni testamenti offerre possent, quam ex sacerdotibus multi, ceteroquin vere (non tantum specie tenus) coelibatum observantes. (Non coelibatus, sed status gratiae facit dignum celebrantem!) Ideo bonum fidei videtur suadere et optare mitigationem legis coelibatus. Legislativa prudentia vero etiam singulorum sacerdotum bonum considerans, idem suaderet. Hanc legem implere, certe non est moraliter impossibile, si quis in favorabilibus circumstantiis vivit et media adhibet asceticae; attamen de facto magna pars cleri saecularis in talibus vivit circumstantiis, in quibus media suasa non faciliter adhiberi possunt et ita saepius quoque in vita contra legem deliquit. Num non esset prudentius legem quandam abolere, cujus finis plene raro, partim vero saepe non attingitur?

Concupiscentia carnalis est in homine per originale peccatum debilitato fortissimum desiderium illicitum, quod quidem frenari potest, at non nisi magno xigit, quae sine speciali et ampla effusione divini auxilii generatim vix potest realizari. Cum obligatio coelibatus non ex jure divino sacerdotio fonte sacramenti ordinis erumpit qua sacramentalis gratia, sed studio personae, quae sunt; fuga occasionum, contractus cum oculis ineundus, ne aspiciant facies mulierum, vitatio colloquiorum longiorum et frequentium visitationum earum, oratio assidua et abnegatio voluntaria etc. Haec omnia vero facilius in religiosa vita realizari possunt, quam in saeculari. Etiam in religione durum certamen exigit castitas servanda, licet ibi specialia quoque media in clausura, in bono exemplo et frequenti conversatione confratrum aequalis sensus praesto sunt. Sacerdotibus saecularibus e contra de facto desunt omnia illa externa adjuncta, quae religiosis in vita communi et clausura praebentur, (imprimis in pagis, ubi nec societas et conversatio correspondens, nec sufficiens labor spiritualis habetur,) imo generatim etiam orationi assiduae minus incumbunt, (non raro praeter Breviarium male intellectum vix alia oratio dicitur,) et tamen ipsi in saeculo fere vitam monasticam tenerentur ducere. Aliquam obligationem gravissimam urgere, quam homo etiam in ordine sat difficulter et magno labore tantum observare potest, in circumstantiis essentialiter aliis et infavorabilioribus, quam sunt esse in ordine, non videtur esse de toto prudens. Inde castitas perfecta status religiosi specialis obligatio deberet esse tantum et non status sacerdotalis. (Aliter res se habet apud pontifices, qui in statu perfectionis jam adeptae deberent vivere!)-

Teste historia sanctorum status sacerdotum saecularium, imprimis ille perchorum et capellanorum, (non consideratis sanctis pontificibus sat magni numeri vel sacerdotibus religiosis sanctis,) ex diversis statibus vitae humanae minime numero dedit sanctos Ecclesiae. Hoc factum satis demonstrat, quam raro heroicitas inter sacerdotes invenitur, quam parce ibi abundantiores rivuli gratiarum fluunt. E contra vero experientia saeculari et quotidiana teste quolibet tempore multa fuerunt scandala sacerdotum contra sextum; non puto peccata contra naturam sat rara, (v. gr. - sodomiam, lenocinium, incestum etc.) sed imprimis fornicationem et concubinatam. De multis non raro et ordinariis notitiam habent, (et saepe dissimulant,) de aliis etiam populus scit, (et illa ipse excusat,) at multo plures sunt peccata, de quibus tantum peccantes sciunt. (Vita mea sacerdotali 16 annorum, etsi non valde multi, tamen plures sacerdotes apud me confitebantur, et pauci tantum sese de talibus peccatis non accusare, inter eos etiam tales, de quibus nemo secus similia delicta suspicavisset.) - Multa sunt peccata externa solitaria et mere interna quoque. Cum haec ultima, de se et in genere castitatis ejusdem sunt gravitatis, sicut prima, puto cum jure affirmari posse, majorem partem sacerdotum non potuisse castitatem suam integra vita servare, sed contra eam saepe in vita deliquisse. Haec vero peccata omnia multo pauciora essent, scandala vero imprimis (et forse solitaria peccata) vix non de toto a vita sacerdotum eliminerentur, si eis quoque licitum esset honesto remedio concupiscentiae, matrimonio nempe uti, matrimonium inire.

Sunt certe multi quoque sacerdotes, qui coelibatum interne et externe seque observent, at etiam apud hos raro invenitur expresse intentio supernaturalis conscia, propter quam Ecclesiae illum praescribit, ut nempe indivisi, corde integro Christo adhaerent et serviant; sed magis ex naturalibus rationibus hoc fit: ex respectu humano, ex spe progressu in curriculo vitae, ex communitate, ex amore naturali studiorum etc. Hi vero imprimis tales sunt, (praeter natura frigidiores) qui vocationes, laborem habent, naturaliter quoque ferventem coelibatui: professores, aulicis etc. Affirmare audeo: vix 10% sacerdotum observant hanc legem, prouti par est, ex desiderio perfectionis et sanctimoniae vitae, ex conscia caritate fervente Dei, ex purissima intentione Christo solo serviendi. Idealismus sacerdotum tempore educationis adeptus in vita ex eorum animis extinguitur, ita ut vix a laicis naturaliter coelibibus distinguuntur. (Sunt Junggesellen, scapoli, garcone tantum naturales, quorum status supernaturaliter non magni meriti est.) Qui vero etiam per coelibatum Christum amare ex toto corde intendunt, illi Deus certe eum dabit, ut etiam sine obligatoria lege coelibatus, illum observent.

Finis matrimonii essentialis est quoque consortium vitae conjugum, adjutorium mutuum in omnibus, etiam quoad salutem praestandum. Conjuges invicem non tantum quoad vitam temporalem et spiritualem tenentur adjuvare et supplere, sed etiam quoad vitae finem ultimum. Etiam hoc respectu sacerdotes multi ex matrimonio magnum lucrum reportarent. Multa vitia et malae inclinationes sacerdotum ideo oriuntur, quis ipsi "adjutorio simili sibi" carent, non habent sodalem quandam vitae ejusdem sensus, ac ipsi initio fuere. Uxor aliqua nobilioris ingenii et perfectioris indolis moralis optimum esset medium ad conservandum et semper renovandum idealismum et ardorem initialem, qui ceteroquin in procellis et tristi experientia vitae saepe faciliter extinguitur. Sensus coelibatus ecclesiastici esset, ut sacerdos in Christo hunc sodalem vitae inveniet, Ipse sit ei amicus et frater et uxor quoque, at vix illi 10% (de quibus supra,) ad hoc perveniunt. Ex solitudine mere naturali, in qua vacuitate cordis et vitae Christi non replet, sunt quaedam inclinationes malae sacerdotum explicandae: ebrietas, avaritia, egoismus, incuria erga vitae familiaris difficultates etc. Nec valor educativus familiae alicujus exemplaris sacerdotalis oblivisci debet.

Quod affertur contra: matrimonium clericorum favere nepotismo et impedire sacerdotes in suis officiis implendis etiam cum periculo vitae etc., ad summum partim valet. - In clero inferiori nepotismo non datur magnum spatium, cum ibi nec beneficia superdivitiis dentur, nec patres eis filiis dare possent; contra vero familiae sacerdotales educare possent partes consocios catholicos duces populis, partim novos sacerdotes, qui inde ab incunabulis in atmosphaera vere ecclesiastico crescerent. Hoc non tantum in ecclesia protestantica vel schismatica, sed etiam in V.T. statui potest. - Quod vero affirmationem attinet, sacerdotes, patres familiae propter amorem et curam erga propriam familiam non tam libenter implere officia status etiam cum vitae periculo, hoc nec apud coelibes saepe evenit. Praeterea non coelibatus, sed spiritus sacrificii homines ad vitam offerendam movet, qui spiritus etiam apud conjugatos inveniri potest; non tantum innumeri milites et custodes ordinis publici dederunt vitam pro patria, sed et multi medici, investigatores etc. mortui sunt pro bono humani generis et hominum, licet matrimonio fuere conjuncti. -

(De bellis cruciferis:)- Post recens bellum immediate homines de aeterna pace somniabant, de ea loquebantur et scribebant iterata vice. Cum tamen "impis non est pax", hodie fere plus loquuntur de inevitabili bello. Hoc bellum forse non statim erumpet, at ducibus hodiernis pax duratura obtineri certe non poterit. Ftsi inter hodiernos proceres nationum quoque dantur homines bonae fidei, (quoniam hi in concreto sint, nescio,) at major pars eorum non est talis; non tantum inter Communistas, sed etiam in altero castro multi sunt impii. Deus vix eis vim internam et prudentiam necessariam dabit ad bellum semper vitandum, sed quando calix plenus erit, sensum eorum confundet. Juxta intentionem Dei vix non id est munus Communismi, ut quolibet egoismum, (personalem, sociale, nationale) frangat et crassam indifferentiam religiosam populorum Christianorum extinguat. Hoc vero aliter, quam bello vix eveniet. Imprimis imperium et systema Anglosaxonum debent a Communismo concuti, at postquam hic finem suum attigit, Deus hoc flagellum quoque frangat. Postquam ita utraque acies mutuo sese ad mortem debilitabat, veniret tempus Ecclesiae, ut ipsa mundum super ruinas catholico spiritu reaedificet. Ipsa debet conscientia esse facti, quod victoria sive USA, sive adhuc magis Russiae nunquam vere sua erit, ideo suam victoriam ipsa debet sibi praeparare. Ecclesia tunc e proximo bello victoriam reportabit, si ex eo Europa Centralis (Hungaria redintegrata+S. Imperium Romanum) a Hispania (et partim Gallia) adjuta victrix exit. Hoc ergo deberet Ecclesia praeparare.

Bonum nationum Europae exigeret, ut hoc proximum bellum mondiale immediate imprimis inter Anglosaxones et Russos gereretur, ipsae vero tantum circa finem belli partem in illo habeant; Cornus USA et Angliae propter iterata nationum Europae fratribella tam fortia facta sunt; Russia quoque propterea tam potens est facta. Nationes nempe Europae contra invicem certantes revera se ipsas debilitabant et has potestates externas corroborabant. Ex ultimis duobus bellis quoque victoriae fructus revera USA et Russia sovjetica metebant. In futuro bello ideo prius Anglosaxones et Russia deberent contra invicem decertare, Europa vero ad tempus neutralis manens, opportunum momentum deberet expectare, quando ipsa sese immiscens victoriam reportare posset. Et haec interventio militaris Europae cruciferum bellum deberet esse, quod ab Ecclesia deberet rite praeparari.

Praeter hoc primum bellum, cujus fructus catholica reorganisatio saltem Europae posse esse, vix non etiam aliis majora quaedam et plura minora erumpent, si superius programma ad mundum catholice reaedificandum realisaretur vere. Num nova divisio mundi sine bello quolibet realisari poterit? sperare non audeo. Quod catholici populi sponte ubique convertentur, vix videtur verosimile. Praesertim Mahumetanorum fanaticismum vix pacifica via frangat; statuae quoque in India falsorum deorum vix omnes sine quibusdam perturbationibus destruentur. Inde ad conversionem quoque mundi arma debent cooperare. COMP ideo deberet novam aeram bellorum (non politicorum, nationalium, sed) cruciferorum praeparare, cujus fructus esset: millenare regnum Christi in mundo.

In circulis emigrantium multum loquebantur et scribebant de aliquo bello crucifero, quod contra Communistas basi interconfessionali duceretur et etiam a Summo Pontifice adjuvaretur. - Si pro fide V.T. tuenda licitum, imo maxime erat laudabile fratribus Macchabaeis bellum libertatis ducere, et antea saepe regibus vel iudicibus bella gerere, tunc certe licet etiam pro catholica fide sive bellum, sive revolutionem internam incipere, (praesertim si vera spes habetur victoriae,) et qui in illo partem habent, non tantum licite agunt, sed et quam maxime meritorie, et si in illo cadunt, vere gloriola martyrum praemiabuntur. Medio aevo tum B. Carolus Magnus, tum ceteri reges sancti non una vice gladio quoque fidem contra inimicos defendere et promovere conversionem populorum; pro liberatione vero Terrae Sanctae principes catholici per plus quam duo saecula decertarunt. Etiam nostro tempore vix alia dari potest nobilior causa bellum sive internum, sive externum justificans, quam fides propaganda et libertas Ecclesiae tuenda. (Libertas conscientiae sensu hodierno intellecta, cum falsa sit, non potest esse justa causa pro bello ferendo, nam bellum errore non, sed tantum veritate justificatur.) - Ut tamen tale bellum vere sacrum sit, nunquam ducti potest basi interconfessionali, secus jam non cruciferum, sed mere politicum bellum esset.

Haeretici ex tali bello partim ex dogmaticis(1.), partim ex practicis(2.) rationibus deberent excludi: (1.) Qui et ipsi jure Dei non agnoscunt, ii vix pro his juribus decertare possunt; qui carent lumine fidei, hoc lumen aliis ducere vix possunt; qui et ipsi in se fidei virtutem(saltem juxta juris praesumptionem) extinxerunt, (quam in baptismo acceperunt,) ii pro fide non possessa bellum gerere non possunt. (2.) Ecclesiae existentiam haeresium nunquam ratam habere potest, sed contra esse certamen quoque ducere debet: imprimis et primo spirituale, at(sic hoc finem non attigisset, quod sperandum est non fore eventurum)etiam aliud, Nunc quomodo posset Ecclesia illa post devictum Communismum bellum declarare, postquam antea cum illa foedus etiam officialiter in- iit et(implicite saltem) eorum aequale jus agnovit? Errorum hodiernorum fons ultimae et radix profundissime fundamentum fuit sectarum protestanticarum: ex thesibus nempe "reformatorem" de rejiciendo magisterio ecclesiastico authentico et praesertim de libera opinione in rebus fidei et libera expositione S. Scripturae, orta sunt innumera falsa systemata posteriora(non tantum theolo- gica, sed unico gressu evolutionis et philosophica). Quid proderit ultimos ri- valos exsiccare, si remanet fons? ultima sarmenta secare, si remanet stirps et radix? Ideo tale bellum saltem declarari deberet "catholicum", et(sine ex- presse conventionem cum illa officialiter inita) haeretici singulati tunc tan- tum admitti et assumi possent, si bonae fidei esse judicantur, i. e. videntur voluntatem sinceram habere et veram fidem acceptare.

Iterata vice audiri potuit: Ecclesiam novae aerae catacubarum obviam ire. Si hoc verum esset, esset triste et testimonium paupertatis et exiguitatis fidei. In primaeva Ecclesia Apostoli quoque fideles quidem monuere, ne imprudenter revolutiones internas provocent, nam etiam paganorum imperatorum auctoritas a Deo est; hodie tamen circumstantiae mutatae sunt: Tunc catholici minoritatem exiguam in Imperio Romano constituebant, quae sine Dei adjutorio speciali, sine continuis miraculis vix potestatem ad se rapere et servare potuisset, (nec unquam suos duces elegit). Hodie vero classis ductrix athaeista (vel etiam amassonica) societatis non nisi 1% populationis constituit, et in multis stati- bus populus fere de toto catholicus est, qui suos duces sibi eligit. Si illi 400 milliones fidelium se in catacumbas repelli sineret per longius tempus, tunc Ecclesia matura esset ad mortem! Si vix 20 milliones Athaeistarum super massam vigesies majorem Catholicorum longius dominare potest et eis leges suas satanicas imponere, hoc nec prudentia, modestia, lenitas vel humilitas est, adhuc minus fortitudo, sed ignavia et stultitia. Fortitudo christiana non solum in tolerandis malis et persecutionibus probatur, sed etiam in agendo magna et in pugnando etiam armis materialibus (si necesse est) pro libertate Ecclesiae, tum in externis, cum in internis bellis.

Si aliquod bellum(vel revolutio interna) pro fine sibi libertatem Ecclesiae et jura Dei tuenda proponeret ac fidem propagare intenderet, certe et divinae omnipotentiae extraordinarium adjutorium, miracula quoque, cum jure expectare posset. Hoc probat non tantum historici populi electi, (praesertim tempore Euse- chiae regis et Macchabaeorum, in quo ultimo bello exigua gens Judaica contra potestatem mundialem Syriae gloriose bellavit,) sed saepius etiam historia N. T. Ecclesia imprimis contra Turcas non una vice triumphum reportavit super inimicum multo majoris numeri. Catholici certantes cum fiducia possent verbe psalmistae repetere: pugnabit pro ipsis orbis terrarum contra insensatos. Dei manus nec hodie abbreviatae sunt! miraculis quoque adjuvare possent. Attamen modo humano judicantes prudentius esse videtur ad talem actionem tempus opportunum expectare et usque tunc terrenam pro Ecclesiae triumpho doctrinaliter(per propagandam) et politice(per initia organisationis factionum) praeparare. (Hoc videtur valere saltem pro nationibus universis Europae; pro aliqua natione in particulari, v. gr. pro Hungaria, posset liberatio independenter a bello quoque mondiali, per internum bellum fore, si via pacifica non posset ad finem ducere, ad ipsi, ad modum Graeciae vel Hispaniae; at so- lum finita prius occupatione Russica.)- Tempus vero opportunum videtur esse finis belli proximi imminente, quando utraque pars acatholica (tum Russia a- thaeista, tum Anglosaxones massonici,) in aliquo novo bello(ad modum Proelii Catalaunici) ad mortem erit defessa. Europa et mundus catholicus initio neu- tralitem deberet servare, deum momento opportuno sese in bellum immiscendo ex eo debilitatis certantibus, Ipsa victrix erit. Ita ex naturali bello po- testatum(practice saltem) athaeistarum crux Christi gloriose resurgeret! Ultimis temporibus saepe potuit audiri, bellum illicitum factum esse, et qui- dam hanc opinionem etiam Summo Pontifici attribuebant.- Certum est, Summum Pontificem saepius suam vocem contra inhumanum modum bella gerendi elevavis- se, at bellum in se nunquam fuit a supremo magisterio moraliter semper illi- citum declaratum.- Si UNO organisatio esset, quae omnium nationum jura semper juste et aequaliter, sincere et efficaciter tueri vellet et posset, nec non et religionis revalatae unice verae exclusivum jus agnosceret, tunc bellum inter nationes illicitum medium esset. In statu quodam juridico quoque nunquam est singulis personis permiscum ad propria jura defendenda contra suos conciv- ves vim adhibere, nisi ad actualem aggressorem repellendum. At dum non datur talis organisatio, bellum tum politicum, adhuc magis cruciferum licite adhibe- ri potest. Modus tamen hodiernus bellum gerendi inhumanus et crudelis non ip- sum bellum, sed solum quaedam actiones concretas reddit illicitas.

V. Ideae quaedam de instanti victoria Ecclesiae et regno millenari Christi.

Ecclesia Christi, Sponsa pulcherrima sine macula et ruga aeterni Regis et Judicis, apparente hoc Judice fine mundi, elevabitur ab eo et tronus sibi competentem in aeternum accipiet. Hic erit triumphus gloriosissimus et finalis Ecclesiae. At haec victoria aeterna et finalis Ecclesiae nullum jam novum emolumentum generi humano affert, solum dona in terris meritata ei conferet. Electorum numerus hac victoria jam non augetur, sed in aeternum reclusus manebit. Per hanc victoriam jam nullus hominum convertetur, sed tantum homines antea in terris conversi in vitam intrabunt aeternam, ut in triumphante Ecclesia vitam socialiter queque supernaturalem duant. Non de hac victoria loquor - Victoriam terrestrem, externam, politicam intelligo, quae eo obtinebitur, quod integra vita publica principibus catholicis superaedificatur et Ecclesia in locum sibi convenientem exaltatur. Talis victoria hominibus maximum lucrum reportat et immensas massas in sinum Ecclesiae ducit. Tali victoria augetur quam maxime numerus electorum. Certe multum juvat animis, si Ecclesia infallibilitate sua errores doctrinae refutat vel constantia martyrum saevitiam tyrannidum confundit, at massas nonnisi externa victoria politica Ecclesiae sibi acquirere potest, (v. gr. ad modum victoriae tempore Constantini Magni). Dabiturne adhuc in futuro Ecclesiae in terris talis victoria? Reformabitne aliquando Ecclesia vitam publicam universi orbis? Ad quaestionem puto ex diversis rationibus affirmative esse respondendum.

Divina revelatio praeter novissima mundi et generis humani (finis mundi visibilis et interitus generis humani, resurrectio mortuorum et iudicium universale,) non multa in concreto de futuro dicit quidem, attamen quaedam in genere praedicit, quae nonnisi tunc intelliguntur, si Ecclesia mundum Christo (per longius tempus) subiciet. Praeter aetatem Antichristi, quae finem mundi antecedit, (et in qua etiam patriarchae Henoch et Elias in terram reversuri erunt,) quaedam prophetizat de progressu Evangelii Christi, quae aetatem quandam auream Ecclesiae et universalis historiae generis humani videntur praenuntiare et supponere. Imprimis thesım de universalitate Ecclesiae censeo at dogmata quoque de superabundanti redemptione Christi et de universali Dei voluntate salvifica idem confirmant.

(Argumenta pro Ecclesiae victoria:)- 1./ Ecclesia secundum voluntatem Dei et Christi catholica, i. e. universalis esse, tandem aliquando habitatorum terrae saltem majorem partem in suo sinu unire debet. Vix alia nota Ecclesiae in S. Scripturis tam saepe invenitur annuntiata, quam ejus universalitas. Deus jam patriarchis promisit in eorum semine universas cognationes terrae benedicendas esse; (Abraham: Gen. 12, 5. + 18, 18. - Isaac: 26, 4. - Jacob: 28, 18.) Apud prophetas (Dan. 2, 27. Is. 2, 2., 11, 10. etc.) ac in psalmis promittitur conversio cunctarum gentium. - Messias praedicitur: "desideratus cunctis gentibus" (Agg. 2, 8.) "expectatio gentium" (Gen. 29, 10.) "lumen ad revelationem gentium" "lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum" (Luc. 2, 34. Joh. 1, 9.) Per ipsum "effundetur Spiritus Dei super omnem carnem" et "in ipso omnes gentes benedicentur" (Joel 2, 28., Gen. 22, 18.) In psalmis Messianicis promittit Deus Messiae "omnes gentes in haereditatem", adorationem et servitium a parte omnium nationum, quae "illum magnificentabunt" (2, 9. et 71, 1. 8. 17.); etiam in passione sua illum per promissionem consolabatur, quod in proemium suae mortis "in conspectu ejus universae familiae gentium adorabunt" (21, 28.) Jeremias affirmat: "ad novam civitatem Dei (-ad novam societatem religiosam) congregaturas fore gentes" (3, 17.); Isaias vero videt "omnes gentes in lumine novi Jerusalem mystici (-ejusdem societatis) ambulare" et "ad montem Dei fluere". (2, 2. + 60, 3.) Secundum Christum Dominum Ecclesia crescit ut granum synapsis et in ramos ejus aves (=gentes) suos nidos construent; (Mt. 13, 29.) in suo missionario praecepto vero omnes gentes convertendas mandavit. (Mt. 28, 18.) S. Paulus loquendo de futura conversione gentis Judaicae, affirmat antea "plentitudinem gentium" conversuram debere fore. (Rom. 11, 25.)

Hae prophetae fere omnes de formali et simultanea conversione majoris partis populationis terrae (-omnium nationum) loquuntur. Non physice, sed moraliter tantum omnes homines convertentur, i. e. magna pars nationum infidelium et vita praesertim publica (saltem per tempus) catholica debet evadere. Etsi loca quaedam (v. g. etiam praeceptum missionarium Christi) de sola annuntiatione veritatis intelligi possunt, sine ejus actuali acceptione, et plura eorum etiam successivam universalitatem permittunt, tamen omnia simul talem expositionem non admittunt. Prophetas et per eos Deus affirmative de conversione de facto assecutura gentium loquuntur: In Christo vere "videbit" omnis caro salutare Dei et in ejus nomine homines de facto "sperabunt", illum nationes actualiter magnificentabunt et agnoscent. (Luc. 3, 6; Mt. 12, 21.) "Plentitudo" quoque gentium, de qua Paulus loquitur, saltem majoritatem absolutam hominum significat. - Si Scriptura in his locis fere semper de "omni carne" et "omni natione" loquitur, hoc tamen semper exaggerationi hyperbolicae et emphaticae attribui non potest, acsi his locis nonnisi de notabili quidem, at semper minore parte hominum sermo esset. Etsi non necessario et physice omnes et singuli homines, (licet et hoc esse posset,) major tamen pars generis humani debet a Christo illuminari, (imprimis vita publica officialis,) et in ejus timore ambulare.

hae prophetiae hucusque nondum fuere impletae: So, quod ad summum quinta pars populationis terrae (saltem nominatenus) catholica est, vix quidam impletionem earum cum jure affirmare potest. Si vero et schismaticos ac haereticos quoque numeramus, (quos prophetiae in suis locis vix sumpserunt,) tunc ad summum tertia pars hominum Christum agnoscit, quod ad implendas prophetias minime sufficit. Num continentes maximi: Asia, Africa, maxima parte adhuc semper infideles ac pagani sunt, cum dum numerosissimi populi: Senensium, Indiorum, Japonensium, Malayensium etc. vix 1-2% catholici sunt, impletionem divinarum promissionum cum jure adhuc expectamus. Hodie vero res ita se habet. Imo etiam christianae nationes maximi influxus in politica mundi: Angli, Jankee et (qua populus) Russi, acatholici sunt. - Et in praeteritis 20 prope saeculis historiae Ecclesiae nullo momento fuit melior proportio catholicorum in mundo ad acatholicos. Quolibet tempore multo major pars hominum habitabat extra Europam, quam in ipsa, et Ecclesia fere exclusive in Europa extendebatur integro medio aevo. In futuro ergo debent hae prophetiae impleri. Ex diotis tamen sequitur nunquam eas impleturas esse, nisi potestas civilis quoque in universo mundo principis catholicis superaedificetur. Venire debet ergo tempus, quaedam aetas splendoris Ecclesiae, quando timor et misericordia Dei super omnem carnem effundetur, quando hominum major pars convertetur et vita publica fidei, justitiae et caritati christianae superaedificabitur.

Si sancti patres et ecclesiastici scriptores temporibus praeteritis affirmabant, superiores prophetias jam impletas fuisse, hoc non nisi improprie est intelligendum, nec oblivendum est, eos clavis notitiae geographicis caruisse. Vix quis eorum scivit extra Europam habitasse maiorem partem hominum. Universalitas Ecclesiae deberet esse nota illam a falsis religionibus distinguens, character ejus veritatem demonstrans. Apologia catholica illem tum in argumento de notis Ecclesiae verae, tum in illo de "signo divino inter nationes orbis levato" evolvit. At hucusque haec universalitas non fuit tam apparens, ut ipsa sola Ecclesiae veritatem probare posset: In Oriente religiones magnae hodie fere aequalem massam "fidelium" habent cum Ecclesia, in praeterito vero ex eorum sinu multo plures migrerunt in aeternitatem, quam ex Ecclesia, qua antiquiores sunt. Ideo haec nota Ecclesiae in futuro debet sese rite evolvere, ut ipsa omnes ceteras religiones superet universalitate.

2. /- Idem videtur exigere voluntas universalis salvifica Dei et superabundans meritum Christi redemptorium: - In terris nemo novit certe numerum electorum. Attamen, cum Deus omnium hominum salutem sincere velit et eam hominibus salva eorum libertate et communicare posset, saltem probabiliter affirmare debemus majorem partem hominum electam fore. Consideratis infinitis quoque meritis Christi, nec probabile esse apparet majorem partem hominum in aeternum perituram ire. Dei Filius pro omnibus hominibus mortuus est et mors ejus infiniti fuit valoris. Num conveniens est Patrem coelestem et pro hoc immenso sacrificio proemium parvissimum rependere? ac nonne avarissimus esset Deus erga suum Unigenitum, si permitteret, ut major pars hominum tamen non Ei, sed diabolo in aeternum serviat? Christus Dominus homines suos fratres fecit, an Deus sui Filii fratres, pro quibus Ipse mortuus fuerat, majori numero damnabit, quam salvabit? nonne tunc recompensationem inaequam Ei pro pretio infinito dabit? Teste Apocalypsi (c. 12.) Angeli in 2/3 partibus salvi facti sunt, sine redemptione; possuntne tunc generis humani membra post redemptionem a Christo peccatam pejori proportionem salvant? potestne proportio inter homines beatos damnatosque post hanc superabundantem redemptionem multo pejor esse, quam apud Angelos? Vix est credendum! Axioma theologicum est: Deus facit, quod conveniens est. Jamvero tum suae infinitae misericordiae, tum praesertim morti pretiosissimae Filii ejus maxime convenit, ut major pars hominum salvetur; ideo Deus fere certe hoc faciet: salvabit majorem partem hominum salva eorum libertate. Plures theologi (post S. Thomam) affirmant: Dei misericordiam eo magis glorificari, si semper electi "pusillus grex" manent, si beati minori numero erunt. At hoc minime videtur valere: quis dici potest magis misericors? qui ex suo thesauro immenso 5 tantum vel 20 vel plus quam dimidiam partem omnium mendicorum ditat? Certe ultimus! Cur tunc apud Deum aliter res se haberet?

Etsi in concreto nemo de aeterna sorte mortuorum cum certitudine quidquam potest statuere, (sanctis canonisatis exceptis,) in genere tamen saltem quaedam cum certitudine affirmare possumus: Imprimis videtur probabilissimum ex hominibus hucusque mortuis incomparabiliter majorem partem non fuisse salvatam. Via ordinaria ad coelum ducit per Ecclesiam, vel saltem per baptismum. Hucusque tamen incomparabiliter minor pars hominum vixit in Ecclesia, quam extra illam. Ex omnibus hominibus ad summum septima pars fuit hucusque catholica et quarta ad summum baptisata. Etsi humiliter sperare possumus multo majorem partem fidelium catholicorum salvatam fuisse, quam damnatam, tamen certe non salvantur omnes: Item certitudine quadam affirmare possumus proportionem electorum ad reprobos inter acatholicos multo pejorem debere esse, quam apud catholicos. Secus nempe, si baptisati in Ecclesia et extra illam aequa facilitate et aequo proportionate numero salvarentur, Ecclesia jam non esset medium ordinatum et necessarium salutis. - Ex eadem ratione (saltem relative, ac probabiliter et absolute) multo pauciores salvabantur hucusque ex non baptisatis, quam ex baptisatis. Vix quidam Theologorum affirmare auderet: plures esse homines in coelo sine caractere baptismali, quam cum illo; plures infideles ibi perventos esse sine explicita cognitione mysteriorum SS. Trinitatis et Incarnationis

quam baptisatos cum hac notione. Si s. Augustinus genus humanum infidelitati indulgens ante Christi adventum "massam damnatam" nominavit, post adventum Christi sors infidelium vix multo melior dici potest. Ideo magna est disproportion inter damnatos et beatos ex hominibus hucusque mortuis, beati incomparabiliter pauciores sunt. Haec disproportion infavorabilis in futuro debet corrigi, mutari in favorem salvatorum. Ad hoc vero venire debet aetas quaedam longior (probabilissime saltem aliquorum saeculorum) splendoris Ecclesiae, in qua major pars hominum in veritate catholica firmata via ordinaria tendit et pervenit in coelum.

Si aetatem generis humani tantum 6000 annorum, i. e. circ. 160 generationum statuimus, et calculo progressivo (a 6 ad 2200 mill.) numerum hominum hucusque in terris habitantium determinare conamur, circ. 50 milliardi sunt summa hucusque viventium. Ex his ad summum 7-8 milliardi fuere catholici, (qui certe non omnes salvati sunt,) et ad summum 4-5 milliardi alii Christiani (simul cum veterioribus haereticis quoque; Arianis etc. ex quibus certe multo pauciores in coelum pervenere). Inde ex immensa massa hominum hucusque ad summum 12-15 milliardi si beati sunt. Etsi computatio minime est et esse potest accurata, disproportionem satis monstrat.

Quidam theologi affirmant nationes Orientis perdidisse "jus" ad suam conversionem, eo quod multos missionarios occiderunt, inde culpa propria manebant infideles. Si hoc verum esset, superior ratiocinatio non multum valeret. At vim argumenti factum persecutionum in Oriente non debilitat. Hi theologi obliviscuntur facti, quod nec nationibus Europae proprie "jus" competit ad vitam supernaturalem fidei et gratiae, sed conversio ad fidem Dei liberum donum est. Deus vero hoc donum non tantum populis Europae dedit, sed omnibus libere; Filius ejus non tantum pro quibusdam Europae populis, sed pro omnibus in mundo est mortuus. Hoc donum vero libere oblatum nationes propter aliquarum generationum ingratitude perdidit vix in aeternum possunt, imo sanguis martyrum effusus illud pro multis merebitur improprie. Objicientes obliviscuntur facti quoque, quod etiam nationes christianae multos martyres coelo donarunt. Etsi in Oriente (praesertim Japonia) fides catholica aliquoties fere radicibus extirpata est, vix natio quaedam adhuc tot Christianos propter fidem occidit, sicut Imperium Romanum, (circ. 12-15 mill.) - Et praecise hoc immensum tributum sanguinis a Deo conversionem Imperii et consequenter Europae improprie meruit. Splendida victoria Ecclesiae tempore Constantini Magni imprimis sacrificialium martyrum (et orationum confessorum) fructus fuit. Tempore acerrimi certaminis religiosi Ecclesiae cum dominante Paganismo multi vitam offerrebant, at Ecclesia per hoc victrix (ac haeres spiritualis culturae Romanae captae) est facta et qua magistra et educatrix populorum, fructus hujus victoriae in Europa per plus quam mille annos metebat. Ipsa erat Domina Europae, quae populos ibi inmigrantes suo suavi jugo subiecit. Id quod sanguis martyrum primorum saeculorum fructificabat, merebitur etiam persecutio prope quattuor saeculorum Ecclesiae: conversionem saecularem (vel forse millenarem quoque) tum in Europa, tum in universo orbe. Persecutiones hodiernae non nisi partus sunt dolores aetatis splendidissimae Ecclesiae, in qua per saecula id in universo orbe eveniet, quod in Europa medio aevo factum erat: vita integra humanae societatis juxta leges Dei et Ecclesiae reorganisata erit. Fructus victoriae primae magnae Ecclesiae fuit conversio Europae ad fidem veram, per plus quam mille annos; effectus hodierni certaminis et victoriae multo majoris vere erit conversio totius mundi ad mille annos novos et rechristianisatio culturae ac societatis humanae universae.

3./- *Idem exigit oratio duomillenaria Ecclesiae efficax: Oratio Ecclesiae, imprimis constans, est semper efficax. Cum ipsa Christi sit Sponsa dilecta ac semper sancta, a Deo semper exauditur, si aliquid assidue petit. De ipsa quoque affirmari potest, quod S. Paulus de Christo Domino dicit: "exaudita est pro sua reverentia". (Hebr. 5, 7.) Ideo est etiam benedictionum ejus efficacis infallibilis. Jamvera Ecclesia tum in sua liturgia officiali, cum in quotidianis precibus privatis ejus membrorum sanctissimorum nihil aliud tam constanter ac reverenter, tam ferventer et humiliter petit inde ab ejus incunabulo, quam universi orbis conversionem ac suam propriam exaltationem. Ad hanc orationem expressam adveniunt innumera opera maxime meritoria sanctorum quotidiani ad eandem intentionem oblata. Si Deus unquam aliquam orationem exaudit, tunc certe hanc duomillenarem obsecrationem, eo quoque magis, quia ex ejus impletionem sua propria gloria quam maxime augetur quoque.*

4./- In statera Dei sacrificia et bona opera naturalia quoque ponderantur et non manent sine praemio. Jam nunc: quot innumera onera, saepe tantum naturalia portabantur et quam abundi rivuli lacrimarum et etiam sanguinis fluxere pro meliori futuro generis humani! Si nonnisi ultimum dididum saeculum consideramus: quam immensos torrentes sanguinis homines fuderunt et quam innumeros alios dolores passi sunt eo fine, ut tandem aetas melior pro propria natione et pro generationibus venturis oriretur! Haec sacrificia, saepe ex utraque parte optima voluntate lata, hucusque hoc melius futurum nec pro victoriis effecerunt. Haec sacrificia invana tamen esse non possunt, sed illud melius futurum vere fructificare debent! Homines non scierunt explicite qualenam hoc futurum esse deberet, at certe optimum desideravere et pro eo pertavere. Nos scimus pro genere humano non posse dari futurum vere felix in terris sine omnimoda agnitione jurium Dei quoque et ejus timore, qui solus homines ad iurium proximorum agnitionem efficaciter movere potest. Aliis verbis: hoc felix futurum generis humani importat conversionem hominum et Ecclesiae victoriam.

In formando futuro generis nostri Dei providentia certe etiam haec naturalia sacrificia considerabit et remunerabit, faciendo, ut hujus victoriae sol super homines oriretur. Haec aetas gloriosa, "aurea" historiae Ecclesiae simul et historiae universalis aetas maxime pacifica erit, in qua non levabit gens contra gentem gladium, nec homines ultra ad proelium exercentur, sed omnes nationes conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces. (Is. 11, 6.7.) In hac aetate tum in vita nationali, cum in vita internationali super bonum hominum tam materiale, quam spirituale leges justissimae et christianae vigilare debent.

5./- Superiora argumenta separatim considerata in seipsis vix plus quam probabilitatem gignunt, (fortissimum est primum,) at simul sumpta certitudinem quoque parere possunt. Debet dari in historia futura generis humani et Ecclesiae aetas quaedam, in qua fides catholica in universo mundo et super omnia plana vitae humanae mirabiliter evolvatur. Conclusionem superiorem confirmant innumerae privatae revelationes quoque; Jam S. Gertrudis praenuntiabat (Jam 4 saeculis antea) tum ortum haeresis protestanticae, tum ejus desitionem. Post ipsam innumeri videntes loquuntur de reversu Protestantium in sinum Ecclesiae ubique, imprimis in Germania. De Anglia vero affirmatur, illam pro fide (probabiliter simul cum USA similiter conversis) plus esse facturam, quam saec. 7-8. (Probabiliter ita reserriet negligentiam suam hoc tereno ultimis saeculis ommissam.) Unionem vero Schismaticorum etiam B.M.V. in Fatima apprensae explicitè promisit. Post reunionem vero Christianorum maxime florebit missionariae vitae inter infideles. - Revelationes privatae nemo tenetur absolute acceptare et credere, attamen imprudens esset eas de toto spernere, praesertim si plures de eadem re conveniunt, quae res (prouti vidimus) etiam in officiali et obligatoria revelatione maxime fundata est.

(Duratio hujus aetatis aureae!)- *Quot temporis haec aetas splendoris Ecclesiae durabit, nemo certe dicere poterit. Quaedam prophetiae privatae videntur tantum pauca decennia, aliquot tantum generationes permittere. Tunc in vita Ecclesiae, mystici corporis Christi quoque daretur et repeteretur ad exemplar capitis et prototypi ejus processio quaedam sollemnis dominicae palmarum mystice, in qua Ipsa gloriose per mundum graderetur, antequam per Antichristum cruci affigeretur. Processio haec brevi tantum esset duratura; aliquot tantum decennia. Attamen contrarium probabilius esse videtur: Ecclesia non ad breve tantum tempus, sed (probabilissime post aetatem Antichristi) per longius tempus pauci gaudens dominabit per saecula, immo ad mille annos. Si secundum argumentum valet, disproporitione memorata non nisi per saecula tolli potest. Si populi Europae jam per circ. 50 generationes fruuntur benedictionibus verae fidei et redemptionis per Ecclesiam, non videtur verosimile, nationibus Orientis imprimis, pro quibus Christus Dominus eodem modo mortuus est, has benedictiones tantum per 1-2 generationes scaturire. Locus quoque Apocalypsis de millenario regno Christi tempus longius victoriae Ecclesiae videtur exigere. (c. 20, 1-7.) Etiam multae privatae prophetiae de longiore tempore loquuntur. Ceteroquin utrumque probabiliter realisabitur in futuro: tum brevis exaltatio Ecclesiae in aliqua processione sollemni inopinata eveniens, tum dominatio et agnitio Christi millenaris; inter utrumque vero saeviet Antichristus contra Ecclesiam, qui omnes inimicos Ecclesiae adhuc ultima vice contra Dei electam civitatem uniet et in bellum ducet.*

1./ Probabilissime de hac aetate splendoris Ecclesiae debet intelligi c. 20. (1-7.) Apocalypsis de regno millenario Christi. Ibi Johannes videt et praedicit aetatem quandam longiorem (= mille annorum), in qua satanas relegabitur ne populis noceat et Christus cum suis sanctis in terris regnabit. Ab Ecclesia damnata est doctrina Chiliasmus, quae post resurrectionem partialem mortuorum et adventum Christi visibilem usque ad iudicium universale mille annos intercalat, quo tempore sancti in corpore resuscitati cum Christo super terram regnant. (Ideo resurrectio, de qua v. 5. loquitur non potest intelligi proprie, sed tantum improprie; in animis piis fidelium sancti ad novam vitam resurgent et sua vi impetratoria in eis operantur.) Attamen hic locus certe aeram quandam futuram Ecclesiae significare vult; si non post resurrectionem, antea; si non post renovationem coeli et terrae ac exitum generis humani, antea, i.e. fine nostrae praesentis aerae. Hac aetate non homines cum Christo resurrexi, sed genus humanum ulterius multiplicandum vivet et regnabit in terris juxta principia evangelica, secundum spiritum verum Christi. Durante hoc tempore satanas relegabitur, ne animas in errorem et vitia seducat. Certe etiam tunc erunt peccata, nam natura originali peccato sauciata nondum sanabitur de toto, tantum lumen coeleste effundetur super homines abundantius et robur S.-i Spiritus confirmabit corda hominum fortius. Ita lux homines vere illuminabit et filii hominum prophetabunt, veritatem docebunt abunde et juxta eam vivent. Iudicium, de quo in textu (v. 4.) nondum est universale fine vitae generis nostri, sed aliquod Dei majus iudicium in historia. Historia est Dei tribunal, non est aliud nisi catena iudiciorum Dei, quibus aberrationes praeteritae hominum reprobantur. Ibi quoque Deus super Antichristum imprimis iudicium profert et sancti in coelo hoc Dei iudicium ratum habent ac ei applaudunt. Hoc iudicium coeleste etiam in terris resonet in animis hominum, qui coelesti luce illuminati, facta historica rite iudicabunt: demnabunt, quod reprobandum est, at extollunt, quod vere magnificandum est. Ita non jam honorabunt, sicut

hodie, pseudo-magnitudines(Luther, Goethe, Voltaire, Richelieu, innumeros reges servos suarum concupiscentiarum etc.etc.), sed tantum eos, qui honorem ac imitationem vere merentur, imprimis sanctos. Hoc sensu quoque regnabunt sancti in terris, at eo quoque sensu, quod (imprimis propter rectum honorem coellicolum) in terris innumeri erunt sancti, praesertim pastores: reges et pontifices populorum, qui ipsi in semita gradiuntur sanctorum et populos quoque in ea ducent.

Sunt qui hanc prophetiam in S.Imperio Romano(inter a.800-1805) impletam fuisse affirmant; at hi nolunt videre, quod S.Johannes ibi de universalitate gentium loquitur et non de regno quodam coarcto tantum.(v.3+8.) Inde eo, quod in Imperio Romano ad summum 15. pars habitatorum terrae(et quoad territorium vix 40. pars orbis) Christo servivit, prophetiae huic nondum est satisfactum.Ideo in futuro debet impleri adhuc!

2./- Consideratio quaedam probabilis astronomico-theologica videtur etiam longiorem quandam aetatem futuram historiae humanae exigere. Ultimis temporibus scientia astronomica magnos progressus fecit, ratio humana coelum empyraeum intime penetravit. Hodie homo innumeras stellas cognoscit, de quibus scit, eas multo majores esse terra. Quaesnam est ordinatio earum? cur Deus eas condidit? Probabilius propter hominem, ut ipse eas incolis frequentet et eas quoque sibi subjiciat, at primo post resurrectionem tantum. Cum vero in resurrectione homines jam non nubent, nec nubentur, ideo nec de novo nascentur, consequenter antea debet genus nostrum sufficienter multiplicari, ut universum implere possit. Ad hoc vero numerus hominum adhuc saltem per saecula augeri debet.

Si vera est thesle philosophiae christianae de mutua relatione, de ontologica ordinatione intellectus cujuslibet ad suum objectum primum, tunc universum visibile non propter spiritus puros creatus est,(quorum intellectus primario ad seipsum et ad mundum spirituales, non vero ad res sensibiles ordinatur,) sed pro aliquo ente sensitivo-spirituali, quod ex visibilibus ad invisibilia ascendit. Etsi Deus etiam pro conditionibus a terrenis de toto alienis animal quoddam rationale creare posset cum organismo correspondenti conditionibus cujuslibet stellae, probabilius tamen videtur in universo integro nullam aliam speciem dari entium materialo-spiritualium, praeter hominem. Tum unitati universi visibilis, tum operi redemptorio et muneris mediatorio Christi magis correspondet, si in universo coelo empyraeo quoque nonnisi homo est animal rationale. Ideo Deus universum integrum probabiliter propter hominem creavit.

Homo tamen hoc suum patrimonium immensum vix ante consummationem saeculorum occupare poterit. Verosimiliter Deus illum usque ad universale judicium ita ad terram ligavit, ut ipse vincula terrae rumpere non possit. Etsi conatus facientur ad stellas occupandas, eas effectum carebunt. Partes magis lontanae homine celeritate quidem lucis sua vita brevi attingere posset, pro stellis etiam propinquieribus tam magnae sunt difficultates practicae, ut eas homo vix unquam superabit; investigatores sive in vis, sive in termino peribunt, at certe genus humanum in eas transplantare non valebunt. Etiam factum, quod universale judicium super integrum genus humanum locum in terra habebit, qua spectaculum integrae activitatis humanae, idem videtur probare: prouti nec ullus homo huic judicio sese subtrahere poterit, ita vix quidam hoc theatrum antea relinquere potest. Homo in statu hodierno suo embrionali ad terram est ligatus. Postquam tamen sese sufficienter evolvit et aeternam vitam pergere incepit, Deus illum vix in aeternum ad terram ligabit, quae pro immensa massa hominum valde arcta esset, sed illi universum per novas leges physicae et coemicae patefaciet. Vix non Deus quasdam partes universi pro damnatis in carceres aeternos assignabit, ceteras vero partes beati pervadent, ut ex pulchritudine visibili inexhausta universi sensus eorum aeterna gaudia percipiant. Ut tamen universum ne vacuum maneat post resurrectionem, in hoc statu embrionali in terrae generis nostri munus est sese multiplicare; Multiplicabimini, ut replere possitis universum. Huic vero muneri vix non tantum post saecula vere satisfit.

(Antichristus probabiliter ante hoc millenare regnum vivet:)- Aetas Antichristi probabiliter non fine, sed initio hujus periodi millenaris erit: non recludit, sed introducet hanc aetatem. Textus Apocalypsis videtur occasum Antichristi jam supponere: in coelis jam judicant, qui eum(-bestiam) non adoravere, ipse vero cum suo propheta jam in inferno cruciatur(v.4. resp.9+10.) In regno hoc praeterea universalitas nationum locum habere videtur,(v.3.), consequenter et gens Judaica, quae tamen nonnisi tempore Antichristi convertetur(opere missionario Eliae prophetae in mundum revertentis). Etiam misericordiae divinae magis convenit, si populus electus quoque majori numero, per plures generationes, Christus agnosceret, non tantum ultima generatione fidem veram acceptabit. Inde Antichristus initio hujus aetatis splendoris, Ecclesiam oroi affiget. Post ejus(et assecutorum ejus) mirabilem occasum vero ipsa ad novam vitam resurget, ut homines(physice quoque)omnes per millenium ad fidem et sanctitatem educet.

Fine vero hujus aetatis satanas aliquo modo liberabitur, ut homines de novo a Deo et sua revelatione seducet, forse etiam per saecula. Tunc veniet consummatio.(v.7-9) Etiam hoc monstrat ibi non de sanctis resurrectis sermonem esse, nam hi seduci non possent jam.- Contra hanc explicationem vix loca adduci possunt ex Scriptura, ad summum quaedam ex Traditione, quae nempe reversum patriarcharum Henoch et Eliae(et consequenter tempus Antichristi) brevi ante secundum adventum Christi ponunt. At iidem scriptores etiam hunc adventum brevi post expectarunt et jam prope duo millia annorum praeteribant. Ceteroquin ante Deum mille anni sunt sicut unus dies.

Etsi Antichristi aetas ante regnum millenare erit, historia universalis et imprimis Ecclesiae futura antea non semper in profundum progreditur, sed saltem adhuc una vice et breviter externe splendide evolvitur. Non tantum revelationes privatae, sed et duo loci Scripturae hoc exigere videntur:— Juxta S. Paulum: ante conversionem Judaeorum "plenitudo gentium" quoque fidem accipiet. At haec plenitudo saltem moralem (etsi non physicam) universalitatem exigit, i. e. talem, in qua magna pars ex quolibet populo et vita eorum publica catholica fiet. Hodie tamen vix 5. pars est catholica, ideo in futuro propinquo hoc eveniet. (Rom. 11, 25.)— Idem S. Paulus loquens de Antichristo, affirmat tempore ejus quandam specialem apostasiam "kat'exochen" futuram esse, talem nempe, qualis usque dum nunquam fuit, ita ut ipsa infallibile sit criterium ad personam Antichristi dignoscendam. (I. Thess. 5.)— Hucusque in Ecclesia (Arianismus non considerando) duae fuerunt apostasiae majores: Schisma orientale et Haeresis protestantica, quae utraque hodie 190 resp. 220 milliones hominum ab Ecclesia retinet. Numerus hodiernus fidelium apostasiam his multo majorem nec permittere potest, inde juxta hodiernum statum Ecclesiae illa specialis apostasia etiam extensione sua Antichristum demonstrans nondum fieri potest. Ad hoc Ecclesia prius magnum incrementum fidelium habere debet: per reversionem errantium in ejus sinum et conversionem transeuntium fidelium. Si statum hodiernum Ecclesiae aspiciamus ad hoc Ecclesia transeunter victoriam (inopinatam) reportare deberet super omnes ejus inimicos, et hujus victoriae fructus esset conversio hominum (moraliter) omnium. (Sicuti in vita Christi processio dominicae palmarum contra omnem expectationem humanam evenit, ita etiam haec victoria Ecclesiae vix non improvise veniet.) Post hoc incrementum magnum posset jam apostasia qualibet praeterita incomparabiliter major temporis Antichristi evenire. (Vix non etiam Antichristi regnum sat inopinate veniet post Ecclesiae transeuntem exaltationem: sicut nec paraseven quis post dominicam palmarum expectasset.) Postquam vero Antichristus contra Ecclesiam saevierat, sicuti nemo ante eum, et in infernum decidet, Ecclesia incipiet suam vitam gloriosam millenarem in terris vivere. Prouti medio aevo in Europa etiam physice omnia membra quorundam nationum catholica fuere, ita hoc millenio quoque omnes homines in mundo convertentur. (non tantum moraliter omnes). Hoc vero magna ex parte eveniet tum propter miraculosum casum Antichristi, tum propter reversorum patriarcharum Henoch et Eliae missionarium opus, miracula, martyrium et resurrectionem. *Petitio occasione anni Jubilaei: Instituantur ubique factiones catholicae!*

Si Deus in terris millenare regnum fundare intendit, praeparatio circ. 6000 annorum (saltem) vix non ad hoc abunde sufficiens et sat longa erat. Inde jam ad limen stamus hujus aetatis. Idem confirmant multae privatae revelationes: B.M.V. in La Salette de propinquitate temporis Antichristi (= principis principum tenebrarum), in Fatima de futura conversione Russiae (probabiliter post decennia tantum et non saecula) loquebatur.— Leo papa XIII. sui pontificatus opus maximum nominavit consecrationem saeculi currentis Ss. Cordi Jesu. Hoc opus maximum sine fructu manere vix potest, sed adhuc hoc saeculo in Ecclesia incipere debet (saltem transeunter) victoria hujus divini Cordis, sicut et Immaculati Cordis B.M.V. in Fatima promissa.— Protestantismo (et renascentia) incepit spiritus humani descensus ad inferos. Post evolutionem saecularem homo pervenit ad planum infimum: ad Athaeismum theoreticum et practicum. Profundius genus humanum vix jam descendere potest. Ideo brevi incipere debet ascensus ejus ad veritatem et lucem, ut Christus, sol justitiae, radiis suis totam vitam humanam illuminet de novo. Ideo Ecclesiae victoria jam brevi instat (saltem transiens antecedens Antichristum) et aurora aetatis aureae historicae brevi rutilat. Nos hodie vix non jam ultimos dolores hujus aerae patimur. Prouti Deus neminem salvat sine ejus cooperatione, ita nec societatem hodiernam e profundo pelago liberabit, nisi ipsa quoque faciat, quod est in se. Ideo praesertim Ecclesia tenetur "aetatem Christi" (P. Lombardi) sua parte praeparare non tantum orationibus et sacrificiis, sed etiam actione catholica externa, imprimis politica. Fides catholica non tantum in pietate consistit in ecclesiis exercenda, nec solum in actibus virtuosis vitae privatae, sed pervadere debet integram vitam publicam, omnes ejus relationes quoque. Christo debet subjici triplex regio vitae publicae quoque: socialis, oeconomica et culturalis. Hoc vero tunc vere et facillime realisatur, si etiam potestas civilis Eum agnoscit. Penultimo anno saeculo (1925) Christus Dominus sollempniter Universi Rex est declaratus, ea intentione, ut dominatio Ejus in vita publica quoque agnoscat. Ad Regnum Christi in populis firmandum instituta fuit Actio Catholica, quae tamen, etsi in se valde utilis, sola non erat apta ideam Regni Christi ad victoriam ducere. Ipsa nempe non nisi privata vel ad summum semiofficialis organisatio fuit, cujus actiones in vita publica non fuere obligatoriae (sicuti v. gr. actiones parlamentorum et gubernatorum). Legislatores deberent imprimis Christo servire ad hoc, ut Ipse in vita publica regnare possit, hoc vero non nisi ope factionum catholicarum realisari potest. Instituantur ergo in regnis tales factiones, quae imprimis propriam patriam, postea vero unitae, Europam et universum orbem in Christo et Petro restaurent.

O. a. M. D. G1. !

**Fasciculus inforatorius de quaestione Hungarica:
Solutio in Alvo Danubiano: Resuscitatio Regni S. Stephani.**

Pro concretis solutionibus in universa Europa careo notionibus necessariis historicis, juridicis et geographicis (nationalibus), at in Alvo Danubiano sum domi et ideo conabor concretam solutionem justam et historice unice fundatam proponere. - D. Churchill habet aliquam solutionem in promptu etiam pro Europa Centrali, imprimis pro Alvo Montibus Carpaticis incluso: Confoederationem nempe Danubianam, cujus partes integrales essent: Cechoslovaquia, Hungaria, Rumania et Jugoslavia, immo cum his unirentur adhuc Austria et Bulgaria quoque. Haec solutio tamen est continuatio solutionis falsae anni 1919 de Trianon (et a. 1946 de Paris). Historice et catholice unica esset solutio approbanda: resuscitatio nempe Regni S. Stephani, regis primi Hungariae. Hoc regnum foret conregnum Sacri Imperii Romani, non subordinatum, sed aequae principale, prouti ultimis saeculis fuit. (Hoc regnum nempe per quinque saecula in se exstabat, at postea in personali unionione vixit cum Austria.) De hac solutione quaedam etiam historice fusius expono. - (Cum hoc territorium mira est unitas geopolitica et oeconomica, etiam sub his respectibus eadem esset solutio acceptabilis; at de hac ratione hic nihil dicam.) -

I. Brevis conspectus historiae Hungariae.

Alvus Danubianus (Transsylvania + Pannonia etc.) fuit post finem dominationis Romanae (inde a fine saec. III.) territorium transitus populorum migrantium (Gepidorum, Avarorum, Hunnorum etc.); at nulla natio ibi permanentem patriam condere potuit, dum fine saec. IX. Hungari duce Arpad totam regionem occuparunt. Hi initio flagelli fuerunt populorum christianorum Europae, at postea conversi eorum defensores heroici facti sunt. Per saeculum prope excursionses latrocinantes instituerunt a Kiev ad Pyrenaeos, a Roma ad Mare Balticum, a Byzantio ad Mare Nordicum, ita ut populi in tantis Sanctorum quoque pro liberatione "a sagittis Hungarorum" orabant. At princeps Geysa post duas clades a christianis principibus unitis passas intelligens necessitatem, ut sua quoque natio sese familiae christianae Europae aggregaretur, has excursionses prohibuit et gentem suam partim jam ipse, de toto vero filius ejus, S. Stephanus, ad fidem converterunt. (circ. a. 1000 p. Chr. n.). S. Stephanus, quem Summus Pontifex, Silvester II., ob ejus merita praecipua "Regis Apostolici" titulo in aeternum decoravit, integram vitam socialem et publicam basi fidei (et praesertim erga nationalitates subjectas) caritatis catholicae reorganisabat, integram legislationem Dei et Ecclesiae legibus accommodavit ac reluctantes, si necesse fuit, etiam gladio ad eas implendas coegit. - Ipse fuit primus regum Europae, qui regnum suum B.M.V. offerebat et Ipsam Patriam et Regnam Hungariae constituit. Ideo nomen Hungariae exinde proprium "Regnum Marianum" fuit. (Hungari ergo non tantum testamento morientis Christi Domini, sed etiam legato moribundi "Patris fidei" eorum, primi regis apostolici ad cultum Matris Dei obligati fuerunt.) - Successores Regis Sancti per saecula ejus spiritu populum regebant. Nulla datur alia domus regia christiana, quae tot et tantos Sanctos et beatos (5 resp. 7) suae patriae et Ecclesiae dedisset, quam dynastia Sancti Regis (sic dicta Arpad). S. Stephanus fuit in Historia Ecclesiae primus rex canonisatus: jam quinque decenniis post ejus mortem (a. 1089.) honorem altarium obtinuit, praecipue ob successorem ejus quintum, S. Ladislaum, quem principes Europae ob ejus fortitudinem et sanctitatem brevi ante ejus mortem unanimiter ducem primi belli cruciferi elegerunt. -

- S. Stephanus et successores ejus non tantum ad intra fuerunt "Apostolici", sed Hungari intentione Summorum Pontificum (jam ipsius Silvestri II. quoque) idem munus in Oriente (partim simul cum Polonia) accepit ac in Occidente Regnum B. Caroli Magni; nempe, ut sit propugnaculum fidei. Maximi duces et heroes Hungarorum huic suae speciali vocationi etiam conscii fuere ac ei per saecula fidelissime satisfecerunt. Defendebant non tantum suam patriam, sed etiam fidem catholicam (immo etsi inconscie et civilisationem christianam) contra populos ex Oriente ingruentes: Cumanos, Tataros et ante omnia per plus quam tria saecula Turcos (qui per saeculum integrum et dimidium plus quam tertiam partem regni occuparunt et dominarunt). Etiam

bello religioso triginta annorum magnam partem habuerunt Hungari tum pro fide, tum - proh dolor! - contra eam certantes. Vix ulla natio alia majus tributum sanguinis pro fide defendenda solvit, ac Hungarica; Sac. XIII. erat populus numerosior Anglis, tempore Ludovici Magni (a.1340-1380) potestas maxima Europae, hodie vero numerus Hungarorum vix constituit quintam partem Anglorum (Anglis in USA non consideratis), et Hungaria in Europa est status 12.- Reges praeterea intendebant conversionem aliarum nationum quoque promovere; S. Ladislaus convertebat Cumanos, Ludovicus Magnus Lituaniam (sub conditione conversionis gentis filiam suam, B. Hedvigem, regi Jagello in uxorem tradendo), et post liberationem ab occupatione Turca I. Leopoldus rex et imperator, cooperante primate Hungariae, Leopoldo Kollo-nits, multos Rumenos et Ruthenos schismaticos. Hujus spiritus recentissimus repraesentans et martyr est Em. Card. Mindszenty. Hic spiritus fidei animavit etiam magnam partem populi in ultimo bello contra Communistas, qui in defensionem fidei imprimis bellavit. (Apud duces haec intentio vix adfuit; duces acatholici bellum vere cruciferum gerere impares sunt.) Proh dolor! gubernia partim ab ipsis Catholicis electa, in damnum fidei Communismum ad victoriam adjuvarunt et populum in majoritate catholicum Athaetis in praedam dederunt.

Tragoedia nationalis incepit cum Protestantismo: Per quinque saecula florebat regnum et per saeculum etiam Turcos ingruentes cum successu reprimebant, praesertim ducibus Johanne Hunyadi (qui fuit maximus dux militaris suae aetatis) et filio ejus, rege Matthia Corvin, at orto Protestantismo regnum divisum et ruina factum est. Mortuo ultimo rege domus antiquae, Ludovico II. in bello apud Mohacs (a.1526), duces Transsylvaniae "reformati" contra dynastiam Habsburg, quae coronam S. Stephani via hereditaria sibi acquisivit, troni aemuli facti, infideles ideae Sancti Regis novam religionem acceperunt, quae optimum medium erat politicum ad eorum aspirations realisandas. Hi principes saepius etiam bellum gerebat contra partem occidentalem regi et fidei fidelem et in territorio suo Hungaros catholicos reprimebant, immo et crudeliter persequebantur: in multis regionibus prohibita fuit activitas sacerdotum catholicorum per decennia et episcopis catholicis per idem tempus non licuit in sua diocesi commorari, sed extra territorium Provinciae fuerunt coacti vivere; Siculi vero armis suam fidem defendebant.- Turci vero invalescebant contra regnum in se divisum, quod nec reges dynastiae Habsburg efficaciter adjuvare poterunt, cum discordiae religiosae eorum potestatem quoque valde debilitaverunt.- Ita Regnum S. Stephani in tres partes fuit divisum: pars occidentalis dynastiae catholicae servivit, pars orientalis autonoma principibus calvinistis Hungaris obedivit et partem mediam Turci dominarunt per annos fere 150. Hoc tempore Turci saepe tentavere expeditionem contra Occidentem ducere, at resistentia Hungarorum intentionem eorum frustrabat iterata vice, qui mira fortitudine pluries exercitus 50-ies vel etiam centies majores reprimebant. Quod infideles Turci tantum usque Vindobonam et huc quoque solum una vice pervenerunt, hoc meritum erat Hungarorum, qui proprio corpore fratres suos occidentales defendebant. - Dominatio Turca finem habuit quando exercitus catholici a Vindobona Turcos (auxilio regis Poloniae Johannis Szobyeszky) repellebant (a.1683) et duce Eugenio Savoya ex integra Hungaria expellebant. Hac liberatione secuta paulatim etiam pars orientalis agnovit dynastiam et Protestantem pro integro regno libertatem acceperunt conscientiae; at Ecclesia adhuc per plus quam integrum saeculum religio dominans regni mansit (hoc tantum fine ultimi saeculi mutatum est).

Idea revolutionis Gallicae, nec non principia liberalistico-massonica ex legislatione et vita publica spiritum S. Stephani expulerunt: introducta fuerunt matrimonium civile et divortium, educatio statuta fuit iuxta principia liberalistica, Ecclesia sectis de toto aequiparabatur, immo etiam Judaei juridice et civiliter aequales agniti fuere catholicis etc. Hujus spiritus partim poena divina partim fructus fuit maxima catastrophae historiae nationalis: divisio territorii millenaris Regni inter plures status sic dicto nationales iuxta principia praesidis Wilson anno 1919. In Hungaria mutilata vero Nicolaus Horthy (uniturius) regens factus, Protestantismum potioem et ductorem reddidit per plus quam duo decennia, licet Protestantes minoritatem 21%-um tantum constituerent, dum Catholici populationis prope 70% numerabant.- Ipse Regens liberabat quidem Hungariam mutilatam a Communismo, (quod tamen non tantum, nec principaliter ejus meritum fuit), at suum juramentum fidelitatis frangendo, restorationem dynastiae unice legitimae iterata vice impedivit, immo dominationem familiae suae permanentem facere intendit.

II. Suggestio minoritatum nationalium in Regno S. Stephani.

Cum solutioⁿis ex anno 1919 fundamentum fuit factum, quod Regnum S. Stephani non unius nationalitatis erat, de hoc facto pauca juvat exponere. - Hungaria inde ab initio regnum fuit diversarum nationalitatum. Praeter nationem dominantem habitabant ibi reliquiae aliarum nationum ibi inventarum vel tardius superventientium; Siculi, Hunnorum reliquiae, qui partem regni maxime orientalem defendebant, et Cumani a S. Ladislao devicti ac in Hungariam concessi, in Hungaros imbibiti fuerunt, cum nationes affines erant. Ceterae nationes suum proprium characterem nationalem per plura saecula servabant. Ex eis Slovaci (in parte NW regni) et Croati (in sua provincia) jam ante Hungaros ibi habitabant. Ceterae supervenerunt et quidem: Germanos aliquot jam S. Stephanus in regnum invitabat, plures venerunt post incursionem Tatarorum (circ. a. 1250) et post liberationem a potestate Turca, semper invitati et fidelitatem promittendo. - Serbi quoque cum expressa licentia senatus Hungariae immigrarunt post occupationem Turcam; duces nempe eorum liberatione secuta Regni a potestate Turca quaesierunt regem ut in parte meridionali regni devastata habitare possint, "dum etiam eorum patria liberabitur". Petitio eorum exaudita erat, at cum eadem conditione, ut nempe "quamprimum Serbia liberata fuerit, in patriam suam revertantur". Consensu senatus accepto a. 1690 familiae 36000 immigrarunt. Patria eorum liberata (initio hujus saeculi), conditionem non impleverunt, sed in compensationem pro hospitalitate Hungarorum territorium fere duplo majus e corpore regni rapuerunt, quam quod etiam secundum principia Wilsoniana (falsa) eis debitum fuisset. - Rumeni et Rutheni e territoriis finitimis paulatim et inadvertenter instillarunt, quin petiissent vel invitati fuissent (solum tolerantia fuit eorum praesentia approbata postquam intrarunt); Rumeni inde a fine saec. XIII in Transsylvaniam (duplici via praecipue: e Moldavia in partem NO, e Muntenia-Valachia vero in partem SW provinciae), Rutheni inde a fine saec. XVI. in partem NO Regni. Rumeni irradiabantur in integram provinciam (praeter terram Sicularum et partim etiam regionem Saxonum), immo ultimis duobus saeculis etiam in aeras Plani Magni Hungarici apparebant; Rutheni vero tantum fasciam montanam inhabitabant juxta limites regni. - Religio minoritatum prima partim catholica fuit (Slovaci, Croati, Germani), partim vero schismatica (Rumeni, Rutheni, Rumeni). Orto Protestantismo Germani et Slovaci partim evangelici facti sunt (primo Germani Transsylvanicae, Saxoni nominati "reformationem" in Regnum plantavere). Facta unione Schismaticorum cum Roma (circ. a. 1700), Rutheni fere de toto, Rumeni dimidia parte catholici sunt facti. -

Numerus Hungarorum relate ad nationalitates decursu saeculorum multum decrevit, non tantum ideo, quia in bellis imprimis Hungari militabant (et nationes veteriores: Croati, Slovaci), et etiam occupatio Turca imprimis eorum territoria devastabat, sed et ideo, quia nationalitates inter eos anno 1848-49 multum saeviebant (Rumeni etiam a. 1784.). - Ideae revolutionis Gallicae his annis nempe, sicuti in fere omnibus statibus Europae, ita etiam in Hungaria revolutionem causabant, licet non fuisset necessarium. Natio omnia justa optata sua via temperantiae a comite catholico Stephano Szechenyi indicata pacifice obtinisset, at radicales duce lutherano Ludovico Kossuth Regnum irresponsabiliter tamen in revolutionem detruderunt. Ita tamen concussa fuerunt magnae caedis inter Hungaros: Non tantum in bello interno ceciderunt innumeri invanum, sed etiam nationalitates (quarum jura quoque Hungari vindicare et agnoscere intendebant) multa millia familiarum Hungaricarum, nec infantibus parcendo, extirparunt; maxime Rumeni et Serbi saevierunt, minime Rutheni et Germani. Devota revolutione dynastia contra "rebelles Hungaros" per duo decennia retorsionem adhibuit, quae tragoediam nationis adhuc auxit. Comes Szechenyi tragoediam nationis imputando sibi, amens factus in nosocomio sese occidit, dum verus reus et de facto vere responsabilis, demagogus L. Kossuth in occidente (praesertim in USA et Anglia) immerito ut heros libertatis Hungariae celebrabatur.

Status diversarum nationalitatum in Hungaria ante primum bellum ultimum fuit: Croatiam semper autonomam non considerando, super territorium prope 283000 Km² habitavere prope 19 milliones hominum. Ex his Hungari fuerunt prope 11 mill., Rumeni et Slovaci plus quam 2.5 mill., 6-60000 Rutheni et Serbi ac circ. 2 mill. alii (Germani, Judaei etc.) -

Rumeni affirmant se esse successores colonisantium Romanorum cum devictis Dacis in Transsylvaniam commixtorum et hoc plus quam probabile est, licet tum lingua, tum natura nationalis, tum cultus eorum religiosus multos characteres Slavicos postea assumpsit. (Haec tamen commixtio extra Daciam Transsylvanicam major fuit.) Ut suis politicis aspirationibus ad ter-

ritorium Transsylvaniae titulum juridicum mutent, affirmant se inde a tempore imperatoris Trajani (qui Daciam subjugavit) in territorio hoc sine interruptione habitavisse. Et explicant: quando Dacia saec. III. propter iteratos impetus populorum ex Asia ingruentium (Gotorum, Gepidorum etc.) evacuata fuit, tantum officiales Romani territorium reliquere, populus simplex vero remansit et in silvis ac speluncis vivendo super se procellas migrationis gentium transire sinivit. At haec doctrina a Rumenis generaliter annuntiata et doctrina continuitatis nuncupata, fabula est historica. Omissis aliis, hic duo tantum argumenta convincentia afferro.

1. In Transsylvania fontes historici primo post incursionem Tatarorum expresse Rumenorum (= Valachorum) mentionem faciunt i. e. ll. parte saec. XIII. (in partibus Ciscarpaticis i. e. in Muntania et Moldavia jam saec. XI. commemorantur, at jam prius quoque habitabant). - Ita fontes nullum fundamentum pro hac hypotesi praebent. - Nec monumenta historica: arces, templa, aedificia ac ruinae exstant, quae hanc thesim probarent. In Transsylvania inveniuntur ex tempore tum Romanorum, tum Dacorum ruinae; immo etiam nationes vix per saeculum ibi habitantes (v. gr. Avari, Hunni etc.) sua vestigia reliquerunt (ruinas arcium etc.), at vestigia distincta populi cujusdam, qui a gentibus hic dominantibus distinctam vitam duxisset et super quem procellae gentium migrantium transivissent, non inveniuntur. Quod vero eorum aedificia attinet, ea omnia sunt recentiora temporis: non tantum monumenta (v. gr. templa) Hungarorum (vel Sicularum), sed et ea Saxonum sunt veteriora iam Rumenorum. Illi ergo post Saxones primo in Transsylvania apparere debuerunt. Impossibile enim est, quod populus quidam numerosior alicubi per decem saecula vivat, quia vestigia quaedam vitae suae, monumenta suae culturae ibi relinquant. Populus quidam majore numero non potuit in silvis et speluncis per mille annos (i. e. ab evacuatione Daciae saec. III. ad tempus incursionis Tatarorum saec. XIII.) latere, eo quoque magis, nam tum Daci, tum Romani sat magnae culturae fuisse jam. - Ideo doctrina continuitatis fabula est.

2. Idem confirmat religiosa consideratio: Rumeni inde ab initio qua orthodoxi in scena historiae apparent. In Transsylvania vero tempore regum sanctorum gens quaedam acatholica subjecta diu latere non potuisset (et si Rumeni ibi eo tempore jam habitavissent, devicti et subiecti fuissent ac et conversi). Reges, qui etiam contra proprios connationales (immo etiam cognatos) fidem, si necesse fuit, etiam gladio propagarunt, Schismaticos in suo regno non toleravissent, ideo et Rumenos volentes-nolentes ad fidem converterent. Eo quoque magis, quia S. Stephanus etiam contra duces Transylvanensem gladio invalescebat ut provincia converteretur. Ideo Rumeni non poterunt tempore conversionis Hungarorum in Transsylvania habitavisse. Argumentum Rumenorum historico-juridicum ergo nullum est.

Veritas videtur haec fuisse: Colonisantes Daco-Romani non fuerunt numero valde multi; Romani Dacos magna ex parte exatirparunt propter resistantiam eorum acerbissimam, Romani vero non multi immigrarunt. Dacia pro Roma id fuit tunc, quod tardius per saecula fuit Siberia pro Russia vel Austria pro Anglia: Imprimis locus deportationis et exilii pro malefactoribus. Hi colonisantes vero maxima ex parte e territorio Daciae sese retrahebant in partes imperii magis pacificas Ciscanubianae. Paucissimi tantum remanebant et hi quoque a primis nationibus dominantibus imbibiti fuere ac dominis ulterius migrantibus, ipsi quoque ut servi eos comitabantur. Ex evacuationis vero in utero Balcanico paulatim sese evoluit natio Rumena, quae in terras hodiernas emanavit, postquam tempestates migrationis sedatae fuerunt. In Transylvania vero instillarunt refugium in montibus quaerendo contra incursiones Tatarorum et Turcorum. Fidem quoque eorum schismaticam in incubulo Balcanico (a Bulgaria) acceperunt et secum portarunt.

III. Solutio anni 1919 (et a. 1946) ac ejus crisis.

In pace de Trianon post primum bellum Regnum S. Stephani (simul cum Austria) divisum fuit juxta principium praesidis Wilson de autonomia nationali in status sic dictos nationales. Secundum hoc principium orti sunt ex monarchia quinque status: Cechoslovacia, Rumenia, Jugoslavia, nec non Hungaria et Austria mutilatae. Novi status juxta ideas DD-orum Benes, Masaryk, Maniu, Vajda et consortium fuerunt constructi, Hungari ac Austriaci nec erant interrogati. - Etsi divisio territorii non erat justa solutio, tamen si hanc pro fundamento solutionis acciperemus, proportionate ad numerum diversarum nationalitatum divisio ita debuisset peragi: Hungari pro suo numero (10.5 mill.) debuissent prope 17000 Km/2 retinere, Rumenia 48000, Cechoslovacia 55000 et Jugoslavia 10000 Km/2 accipere debuissent. - Revera Hungari retinere solum 92000 Km/2, Rumeni accipere plus quam Hungari: 102000 Km/2 (partem divitissimam Regni), Cechoslovacia paulo, Serbi duplo plus debito.

Principium Wilson philosophice falsum fuit; fundabatur confusione duplici conceptus status et nationis, qui conceptus sunt disparati et non con-
 juncti. Status est organismus juridicus historice et ex voluntate civium e-
 volutus, nationalitas vero est organismus naturalis, nativitate e communi
 stirpe (-elementum biologicum) et adhuc plus educatione (-principium spiritu-
 ale) constitutus. Hi duo conceptus possunt in concreto quidem coincidere,
 possunt dari status nationales, at hoc nec necessario evenit, nec semper
 possibile est. Non tantum USA vel Helvetia, sed etiam Anglia vel Gallia non
 sunt regna de toto unius nationis; immo secundum progressum socialem gene-
 ris humani semper majores status (fere continentales) nascuntur, qui nationa-
 les nec esse possunt. Item non possunt dari status nationales in territoriis
 mixtis. - Principio nominato v. gr. Russia in plures, China et India saltem
 in 3-5 status dividi deberent. USA vero etsi non dividerentur in prope 30
 status, quia nationalitates ejus valde dispersi vivunt, tamen saltem fasci-
 am meridionalem juxta Mexico sponte huic trader (vel melius reddere) deberent;
 quia ibi Hispani compacte vivunt; et hoc eo magis facere deberent, quia USA
 haec territoria non per millenium possident (sicut Hungari sua), sed tantum a
 saeculo. Itaque idea status philosophica dissolutionem Monarchiae non exegit.
 Status nationales si dari possent, essent quidem ideales, at in Alvo
 Danubiano sine magnis evacuationibus realisari non possunt. Ideo fructus
 pacis de Trianon non status vere nationales fuerunt, sed omnia tria regna
 nova (Cechoslovacia, Rumenia, Jugoslavia) plena fuerunt minoritatibus (praeser-
 tim Cechoslovacia). Et haec nationalitates contra earum voluntates coactae
 fuerunt in novis statibus vivere, quin interrogatae fuissent. Per hoc sibi
 ipsi contradicebant auctores novorum statuum.

Omissis ceteris nationalitatibus (Germanis, Judaeis etc.) in novis sta-
 tibus Hungari etiam in territoriis compactis inveniebantur prouti sequitur:
 In Cechoslovacia juxta 3 miliones Slovacos et Ruthenos prope 1000000 fuere
 Hungari; in Rumenia praeter 2.7 mill. Rumenos plus quam 1.5 mill. Hungari ha-
 bitavere; in Jugoslavia vero in territorio accepto fere tot fuerunt Hungari
 quam Serbi. Et haec massae Hungarorum in fascia habitabant juxta limites in-
 novis statibus, in majoritate compacta. (In Transsylvania vero Siculi compac-
 te in centro novi status.) In conferentia pacifera auctores novorum statuum
 (imprimis D. Benes) cum datis historicis mendacibus et statisticis ac char-
 tis geographicis falsificatis operabantur. Si limites novorum statuum vere
 secundum majoritatem nationalem determinati fuissent, in Cechoslovacia limi-
 tes hi ita occurrissent, sicuti a. 1938 Vindobonae decium fuit; in Rumenia
 limes ad oras regionis montanae fuisset; (terra vero Sicularum autonomiam
 garantatam debuisset accipere); in Jugoslavia vero territorii occupati circ.
 dimidia pars septentrionalis Hungariae debuisset remanere. Ita dividentes
 Hungariam quaestionem etiam secundum propria principia false solvebant.

Solutio tamen historice injusta fuit: Per plus quam mille annos territo-
 rium regni (excepta injusta dominatione Turca) a nulla alia natione occupa-
 tum fuit, nisi a Hungaris. Vidimus immensum tributum sanguinis, quod Hunga-
 ri pro suo territorio solvebant: vix filii alicujus aliae nationis Europae
 tam abunde glebas patriae suae sanguine suo fuderunt, quam Hungari suas! Eo-
 dem vero tempore minoritates sub tutela Hungarorum pacifice multiplicaban-
 tur. Ex eis relative pauci tantum militabant pro communi patria: imprimis
 Croati et Slovaci. Sanguis juste effusus titulum potiore fundat possidendi
 quam sudor, et bella Hungarorum rarissime fuerunt imperialistica, injusta.
 Ideo jus nationalitatum et Hungarorum in millenare territorium Regni S. Ste-
 phani non potuit aequum esse et haec divisionem hujus territorii cum jure
 exigere non potuerunt. Nationalitates ad summum autonomiam culturalem et ad-
 ministrativam potuissent cum jure optare, at politicam separationem non!

Solutionem religioni nocivam fuisse, jam insinuavi: In Rumenia minori-
 tas catholica (vix 20%) jam post primum bellum certamina habuit cum majori-
 tate schismatica, cujus conversionis spes ope unitorum (quam quidam etiam Ro-
 mae alebant) vana fuit. imo multae fuerunt apostasiae a fide. - In Jugoslavia
 quoque similis, imo peior fuit catholicorum conditio: licet tum relative,
 tum absolute major fuit eorum numerus (catholici prope tot fuerunt ac schis-
 matici), concordatum ibi infavorabilius fuit, quam in Rumenia. - In Cechoslova-
 cia instituta est sic dicta ecclesia nationalis Bohemia et inter Ruthenos
 favebant apostasiae a Roma, schismati. - In Hungaria mutilata inceptit aera
 protestantica et in Austria vero periodus gubernationis socialismi athaei-
 sti. - Haec omnia jam tempore inter duo bella eveniebant. - Hodie vera illi
 plus quam 32 miliones Catholicorum, qui in his quinque statibus habitant,
 Communismo in unico statu uniti, multo majorem et efficaciorum resistenciam
 possent praestare, sicut hodie divisi. (Immo tunc Communismus inter eos nec o-
 riri potuisset.) Satanas divisit gregem Christi, ut ei dominari possit.

/Duae accusationes refutatae./- Omnis conferentia pacifera deberet esse quasi tribunal internationale, ubi lis aliqua inter nationes, si fieri potest deberet ad saecula. Ut tamen talis contractus justus sit, non liceret esse unilaterale dictamen, sed consensu utriusque partis iniri deberet. Tribunal vero hoc internationale ut iudicium justum ferre possit, utramque partem interrogare et exaudire debet, secus semina novarum discordiarum spargerentur. Apud conferentias paciferas vero Hungari nec a. 1919, nec nuper a. 1946 interrogati fuere, licet diversae contra eos accusationes allatae fuerunt. Praecipue duae: Hungari opprimebant nationalitates; ipsi fuerunt coresponsabiles de bello. His thesibus voluerunt justificare divisionem Regni S. Stephani; at utraque thesis falsa fuit.

1. Minoritates in Hungaria non fuerunt oppressi: Hungaria fuit primus in Europa status constitutionalis, jam 17 annis ante Angliam constitutionem accepit (a. 1214). Minoritates vero aequa jura potuerunt habere cum Hungaris: Omnes potuerunt esse nobiles, sicut e contra etiam inter Hungaros multi fuere glebae adscripti. - Hungarorum naturalis character fuit hospitalitas, quae fide suscepta adhuc expressior et nobilior facta est. Jam S. Stephanus monuit filium et populum suum, omnes alienigenos ut fratres in Christo aspicere et suscipere. Ipse primus realisavit basi fidei et caritatis catholicae id, quod in USA et Helvetia fundamento naturali invenitur: cohabitationem pacificam diversarum nationum. Et spiritus ejus in Hungaria semper vivebat. In Transsylvania principes protestantes quoad fidem quidem negabant spiritum S. Regis, at quoad minoritates ipsi quoque vestigiis ejus incedebant: Rumeni v. gr. schismatici majori libertate gaudebant, quam Siculi catholici. Hanc libertatem habebant omnes minoritates etiam ante primum bellum: Croatia majorem habuit libertatem in Hungaria, quam in Jugoslavia; non tantum Croati, sed omnes nationes libere suam literaturam nationalem evolvere potuerunt; literatura ex. gr. Rumena exordium non in suo statu autonomo, materno, sed in Transsylvania sub dominatione Hungarica sumpsit. - In USA omnes emigrantes post decennium saltem jam loqui coguntur lingua anglica status, in Hungaria antebellica nationalitates post cohabitationem plurium saeculorum in 20-40% non callebant linguae Hungaricae status. (Praesertim Slovaci et Rumeni, relative plurimi e Ruthenis loquebantur hungarice; ex Germanis in propinquitate residentis, Budapestini quoque multi 250 annis post eorum immigrationem non nisi germanice loquebantur etc. Omnes nationalitates potuerunt habere suas scholas nationales et officiales omnes in regionibus minoritariis loquebantur linguam minoritatum, ita ut quisque in officiis causam suam materna lingua proponere potuit. Solummodo id potuissent adhuc exigere, ut scholae eorum a statu sustentatae fuissent et non privatae sint; ex officialibus vero majori numero essent connationales eorum. - Oeconomice illimitatam libertatem et jus habuerunt: ita v. gr. in septem decenniis inter revolutionem et bellum I. Rumeni possessionem suam in Transsylvania duplicabant etc.

Minoritas Hungarica in statibus haeredibus Regni S. Stephani gavisia fuisset, si post bellum in novis statibus eadem jura habuisset, quae minoritates ante bellum in Hungaria possedebant. Etsi in Constitutione cujuscunque status novi etiam Hungariae libertas et aequalitas promissae fuerunt, in omnibus incepit "demagyarisatio", maxime in Rumenia. - Cum Rumeni rapuerunt maximum e corpore Regni S. Stephani territorium et cum eo maximam minoritatem Hungaricam haereditabant, mala conscientia maxime timuerunt "revisionem". Ideo omni medi intendebant Hungaros "devorare", et politici amicales hoc etiam expresserunt habuerunt (v. g. D. Barthou, minister exterorum Galliae, qui paulo postea occisus est). - Praesertim Terra Siculorum sensit hanc oppressionem: Rumeni statuerunt thesim, juxta quam Siculi tribus fuerunt Rumenus magyarisatus et omni medio ineperunt rerumenisationem: "Terra Siculorum territorium culturale nationale" est declaratum, ubi tantum tales docentes et officiales missi fuerunt, qui linguae Siculorum (Hungaricae) ignari fuerunt; munus eorum fuit animas Rumanas perditas nationi maternae recuperare. Etsi Hungari scholas et literaturam proprias nationales habuerant (sine adjutorio financiis status), non fuit fas cuilibet suam nationalitatem libere eligere, sed officiales id pro lubitu "analysis nominis vel religionis" determinavere, i. e. qui nomen habuit rumenice sonans vel religione graecam, non potuit Hungarus esse, etsi voluisset, liberi ejus Hungaricas scholas non potuerunt visitare etc. Haec analysis nunquam in favorem, sed semper in damnum nationis Hungaricae adhibita fuit. - Etiam oeconomice peior fuit conditio Hungarorum: opifices et mercatores Hungari tributa saepe majori clavi solvebant, ac concessionem suas difficiliter acceperunt, quam Rumeni; ex officiis publicis Hungari (pauca excepta minora) exclusi fuerunt; peracta divisione latifundiorum (in majoritate Hungarorum et Ecclesiae) agricolae pauperes Hungari fere nihil acceperunt.

Similis, etsi non tam acer fuit conditio minoritatis Hungaricae etiam in ceteris statibus haeredibus, mitissime adhuc agebant in Cechoslovacia cum eis. Post recens bellum vero Cechoslovacia maximam de eis vindictam sumpsit, eos e territorio suo expulsando millenari, etsi Slovaci millenio praeterito nunquam Planum Parvum Hungaricum habitabant. - Etiam hic modus agendi cum minoritatibus nationem Hungaricam justificat, ipsa est in Alvo Danubiano populus politice maxime natus ad regendum.

2. Quod vero "dogma" victorum attinet de unilateralis responsabilitate potestatum centralium (devictarum), hoc falsum est: Tum in primo, tum in secundo bello utraque pars bellans responsabilis fuit. Cum vero non factum meum victoriae, sed solum character justus belli verum jus fundat, victores nullum "jus" habebant Hungaros (et ceteros) "puniendi". -

Si intentionem ducum populorum consideramus, fere gravius est imputanda intentio victorum, quam devictorum: Intentio vera (etsi celata) superbia vitae et ebrietas potestatis fuit, nec non concupiscentia oculorum: rivalem in Europa et in mundo regendo, ac concurrentiam industrialem voluerunt annihilare. Haec intentio ex utraque parte adfuit, et ex parte victorum forse magis, quam ex parte devictorum; minime fuit ea affectus rex et imperator Monarchiae, praesertim Carolus rex beatae memoriae. - Facta quoque externa reprobanda ex utraque parte dabantur: ut minora omittam, certe Germania contra justitiam Belgiam aggrediebatur, at "pro sanctitate contractuum" illi minime certare potuerunt, qui et ipsi Italiam et Rumeniam ad suos contractus frangendos moverunt.

Occasio proxima vero belli magis Monarchiam justificat, quam inimicos ejus: Si status vicinus quidam contra alium statum conspirationes fovet ac ejus dissolutionem intendit, immo monarchiae status occisionem praeparat et peragit, ac pro his factis satisfactionem praebereet pro integritate vicini garantiam praestare renuit, (prouti Serbia fecit), tunc tum juridice, tum moraliter bellum ei indicitur. Hoc judicium secundum principia Moralis catholicae, non valet mutare ulla hypocrisis et contraria doctrina Massonica. Historia est tribunal Dei et facta historiae sunt judicia hujus tribunalis saepissime. Hoc tribunal vero jam locutum est: Deus in manus regicidarum dedit omnia membra dynastiae Romanoff, quae promissione suae assistentiae monarchicidas defendit ac ita Serbiam (et mundum) in bellum detruit.

Opus vero dissolutionis Monarchiae fructus et praemium fuit innumerorum peccatorum: Auctores: DD. Benes, Masaryk, Maniu, Vajda etc. fuerunt deputati Monarchiae, qui juramento sese obstrinxerunt, contra "integritatem Monarchiae" nihil incipere vel facere, et tamen activitas eorum tota eam dissolvere intendebat. Etiam subditi eorum idem fecerunt: in nullo alio bello fuerunt tot traditores, sicut in primo bello inter Bohemos et Rumenos, qui acervatim vexillum dereliquerunt, cui fidelitatem jurarunt et ad inimicos transiere. Jam ibi videtur spiritus ille "haeresis (vel idololatriae) nationalisticae", quae inter duo bella fere omnia regna Europae pervadebat (Germaniam, Poloniam, Galliam etc.) et quae in favorem propriae nationis omnia, etiam injurias in Deum et ceteras nationes licitas esse duxit et demum novum bellum causavit. - Tribunal Dei, cuius inscriptio est: "Deus non irridetur", ibi quoque jam judicium ferebat: Auctores novorum statuum ipsi videre potuerunt ad eum, ubi via satanae, qua ipsi (forse inconscie) gradiebantur, ducit, videre potuerunt, quomodo somnium eorum deforme et opus eorum monstrum factum est. Populi quoque eorum puniti fuerunt: Secundum regulam procedendi providentiae divinae, si Deus populos punire vult, malos et incapaces duces eis dedit, qui populos exemplo et principiis suis falsis seducunt. Si populi non resipiscant, malis superioribus pejores sequuntur. Haec regula agendi Dei etiam ibi realisata est: Jam primi duces novorum statuum mali fuerunt: perjurantes injusti, nationolatri, at ipsi non nisi transitus fuerunt ad superiores hodie peiores, tyrannos et etiam theoretice athaeistas. - In pace de Trianon victores perjurium et traditiones praemiabant et hoc praemium semina in se portabat poenae divinae.

Etiam modus agendi cum devictis spiritu satanico (-massonico?) dirigebatur: vix datur pactum quoddam pecis aliud adhuc, ubi devicti minus nobiliter tractati fuissent, ubi spiritus vindictae et humiliationis in devictos magis triumphasset, sicut ibi. Historia Europae christianae similia pacta inter bellantes non multa novit. Devicti per decennia in vincula (dearmationis et reparationis) conjuncti et uti homines secundi ordinis (in vita internationali) considerati sunt. Ille spiritus haec pacta dictabat, qui Poincare in os dedit verba: "Viginti millibilibus plures sunt Germani debito", vel hodie in plano Morgenthau devictos industria seu spoliare et dimidia parte emigrare cogere vult. Hic vero spiritus non Christi est. Bellum fuit inceptum, gessum et finitum spiritu satanico (-francomurario) et ejus fructibus non nisi hujus mundi princeps gaudere potuit.

V. Conclusio: Solutio vera est restitutio in integrum.

Solutio vera in hoc territorio ex historia regni sponte fluit: Hungari acquisierunt in hoc territorio potissimum sibi jus, quia maximum pretium sanguinis pro eo solverunt et etiam suo labore plus quam ceteri illud co-luerunt. Ideo Regnum eorum millenare eis restitui deberet, quia solutiones praeteritae (a. 1919 et 1946) injustae fuerunt et coactae. Num etiam Croatia restituatur an non, de hac re disputari posset et etiam ipsi Croati inter-rogari deberent, at regni partes ceterae optionem habere non possunt, prae-sertim non nationalitates supervenientes, quae Regno fidelitatem spondentes venerunt. Croatia nempe tantum duo saecula post pacifice Regno unita est. (tempore S. Ladislai) et semper autonomiam habuit. Ipsi decident num hunc vel statum hodiernum magis eligunt. - (In utroque casu tamen Hungaris portum Fia-me liberum et viam ad eum tradere debent). Privilegiatum locum habent in Regno Slovaci, qui jam tempore occupationis Regni ibi habitabant. Ipsi sal-tem autonomiam antebellicam Croatorum deberent accipere. (Num ipsis optio Croatis datae respondeat an non, de hoc judicare non audeo.) - Ceteris nationalitatibus non nisi autonomia culturalis et administrativa conveniret dum in Regno habitarent. - Haec tamen solutio non nisi transiens est.

Si regulatio in hoc territorio ad saecula sese extendere vult, radica-lior esse deberet. Vidimus ad hoc ut solutio millenaris fiat, divisio mun-di juxta principium spatii vitalis deberet realisari: jure naturae et forse et positivo divino quaelibet natio (non tantum populi magni) haberent jus ad bona et territoria generis humani communia correspondenter ad populatio-nem suam. Ad pacificam cohabitationem nationum vero etiam evacuationem ob-ligatoriam partis cujusdam populationis minoritariae adhibere posse. Vidimus quoque in tenore thesis principalis spatium vitale populorum Slavorum imprimis Europam Orientale-meridionalem (et Siberiam occidentalem) esse. (Germanis vero colonias extra Europam competere.) - His praemissis Alveum Danubianum est spatium vitale imprimis Hungarorum (quibus tamen simul cum nationalitatibus territorium angustum est. (Jam etiam ante primum bellum plus quam millies millia Hungarorum coacti fuerunt emigrare, ita ut nationi perditum fuerunt.) Ideo nationalitates omnes (Croatia et Slovaca exceptis) ex hoc territorio e-vacuari deberent paulatim. Rutheni sunt ejusdem nationalitatis ac Ucraini, qui territorium sat magnum habent ad hoc, ut ibi ad longum tempus multipli-cari possint (usque ad fluvium Volga), ideo compacte inter eos evacuari debe-rent. Serbi quoque territorium sat magnum in parte meridionali Russiae ho-diernae accipere possent (inter Mare Caspium et Nigrum, ubi imprimis natio-nes minores Slavicae migrare deberent), ut etiam compacte considerare possint. (Etiam Croatia saltem ad lineam Narev-Bosna dilatata ab iis liberari debe-ret) - Germani in suas colonias. - Rumenia ad Orientem dilatari deberet, non tamen usque ad Nistriam tantum, sed etiam ad Fluvium Bug (i.e. praeter Basa-rabiam etiam Transnistriam et forse Crimaeam accipere deberet) et e suo ter-ritorio Slavis evacuatis de toto (qui fere exclusive Ucraini sunt) in eorum locum venirent Rumeni e Transylvania. Ita territorium Regni S. Stephani po-pulo suo restitueretur, qui novum et multo pacatius millenium inciperet, quam primum fuit. (Utrumque Regnum, tum Rumenia, tum Hungaria pro suis habitatori-bus ad mille annos vix non etiam extra Europam, forse in Africa Centrali, ter-ritorium necessarium haberet, modo in tenore thesis principalis exposito.) -


Petitio ad capita populi catholici:

Damna Deo illata et injurias in proximum (sive persona sit physica, sive moralis) commissas non sufficit detestare tantum, sed rei ea etiam re-sarcire tenentur. Has injurias imprimis nationum victoriarum gubernia commiserunt; at peccata guberniorum sunt etiam electorum peccata. Gu-bernia haec pacta diotantia sunt magna ex parte a massis catholicis e-lecta: non tantum in Gallia, Brasilia (et post primum bellum) Italia, sed etiam in aliis regnis (in USA, Canada, Anglia, Australia etc.) miliones ex catholicis adjuvabant haec gubernia et male informati applauserunt his solutionibus. Ipsos imprimis obligaret restitutio. At omnes alii catho-lici orbis ex caritate deberent fratres suos Hungaros adjuvare ut eis jura sua restituantur et Regnum S. Stephani in Alvo Danubiano resusci-tetur. - Ideo me converto ad EE. et RR. Pontifices hujus gregis catho-lici reverenter petendo, ut auctoritate sua adjuvent quam maxime pro-secutionem hujus finis: Prelum catholicum in universo orbe hoc sensu populum institua, deputati catholici in domibus legiferis pro hac so-lutione loquantur et si aliquando factiones catholicae alicubi insti-entur, eae pro fine in Alvo Danubiano prosequendo restitutionem Hunga-riae sub dynastia Habsburg ponant.


REGNUM-MILLENARE
ST. STEPHANI



SOLUTIO-ANNI-1918




SOLUTIO-FUTURA




Quaedam considerationes supplementariae de quaestione Hungarica.



In parenthesi observavi superius: Hungariam miram fuisse unitatem geopoliticam et oeconomicam quoque. De hac re nunc quaedam dicam, quae argumenta classica revisionis Hungaricae dici possunt: Montes Carpatorum in semicirculo prope 1500 Km. optime coronant et defendunt regnum, quod per eos arx impugnabilis constituitur contra Orientem. Etiam a.1943-44 invanum Russi longius oppugnarunt hanc arcem naturalem ex septentrione orientali, (ubi ceteroquin linea Carpatorum aebtissima est). Si Rumeni 23.VIII.1944. causam communem non tradidissent et Russis e parte meridionali (naturaliter maxime fortificata) sponte aditum in Transsylvania aperuissent, si vix Hungariam occupare potuissent. Haec linea simul est separatrix aquarum: terrenum regni ad plana declivit, anostitiae inter montes ibi ducunt et fluvii omnes (unicum majorem exceptum, qui lineam Carpatorum transcendit) erga plana centralia cursum habent. (Vix in Europa adhuc alia unitas aquographica datur similis Hungariae historicae.) Ita etiam communitatio naturaliter erga plana centralia optime evolvebatur. (V. chartas 1+2.) Regiones hujus regni historici seipos optime complebant oeconomico: Hungaria historica facillime autarchiam realisare posset: Plana producant omnes fruges agriculturales zonae temperatae, montes vero silvas et pascua abundanter praebent ac in sinu suo diversa mineralia et metalla recondent. Pes pecuaria quoque optime floruit et montana ac plana sese mutuo supplebat. Si fluviorum cursus in eodem regno est integer, tunc energiam electricam cognerent pro plano et in cursu superiori receptacula ingentia possent instrui aquarum ad plana perfundenda. (Post mutilationem regni in Magno Plano non una vice causabant inundationes inopinatas fluvii, quorum cursum superiorem vicini alienigeni, imprimis Rumeni negligenter custodiebant.) Hanc unitatem miram geopoliticam et oeconomicam dissolvit pactum pacis de Trianon (a.1919-20), et reliquit statum quandam vitae fere incapacem.



Hungaria mutilata perdidit 61% sui pristini territorii agriculturae capicis, retinendo 2.6 mill. ha tantum. Silvarum suarum solum 1/10 partem ei reliquere. Quoad animalia domestica: ex maioribus (equis, pecudibus: antea ca. 9185700 capita) 66%, ex minoribus (ovibus, porcis, ca. 14445600 cap. antea) 70% perdidit.






Maximum damnum patiebatur Hungaria in thesauris mineralibus et metallicis: Fodinas auri et argenti (annuatim antea 2924 resp. 8696 kg. producentes) imprimis Rumenis, at et Cehoslovaciis de toto tradere coacta fuit; item de toto perdidit fodinas salis, antea in Europa divitissimas. Aes ferreum (antea annuatim 20730 qu.) tantum in 6.5% retinuit; spiritus naturales vero (antea in Europa maximae quantitatatis, imprimis in Transsylvania) saltem in 90% perdidit. Fodinas carbonarias (antea 10000 qu.) in 40%, metalla vero minoris quantitatatis (cupri, manganii, aluminii) in dimidia parte perdidit. Perturbata hac mira unitate a.1919 (et 1946) status inde exortii geographice saltem (et partim oeconomico quoque) unitates fuere contra naturam. (v. chartas 3-5) - Cehoslovacia fuit sicut vermis quidam, ejus cauda a capite (Bohemia, Praga) innumeris fluvii et montibus separabatur perpendicularibus, ac duplo longius fuit quam a naturali centro, Budapestino. Cum Bohemia praeponderanter industrialis status fuit non complebat Slovaciarn et Ruteniam eis fructus agriculturae dando et eorum silvis indigendo. - Rumenia oeconomico sat sana fuit, at Transsylvania etiam hoc respectu magis Hungariam complebat, quam ipsam; semicirculus vero Carpatorum eam in medio physice in duas partes secabat. - Jugoslavia vero conglomeratum fuit geographiolum et oeconomicum, ejus tamen pars septentrionalis naturaliter integralis pars fuit Magni Plani Hungarici.




Post pacem de Trianon in novis statibus Europae Centralis fere semper natio minoris culturae spiritalis et technicae dominata est nationes superioris civilisationis: In Jugoslavia Serbi (orthodoxi et) ferociore Hungaros, Germanos et Croatos ac Slovenos(maxima parte catholicos et cultiores.- In Rumania non tantum Hungari et Germani fuere majoris culturae dominantibus, sed et Rumeni Transsylvaniae iis status materni. In Transsylvania Rumeni(magna parte catholici) proportionate pauciores habuere analphabetae suis connationalibus Ciscarpaticis et tamen hi ultimi dominarunt etiam in parte occidentali et explorabant Transylvaniam ad modum coloniarum, quin multum eam evolvisent.(A. 1940 Hungari partem septentrionalem Transsylvaniae ad quattuor annos recepere et hoc brevi tempore ceteroquin bellico ipsi incomparabiliter plus pecuniae proportionate collocarunt in opera publica: aedificia, vias publicas et ferreas etc., quam Rumeni antea per 21 annos.)- Bohemi quidem est magnae culturae fuere,(et in suo territorio est multas aedificationes perfecere,) at ipsi quoque Slovaciam ac Rutheniam ad modum coloniarum tractabant,(etsi Slovaci ac Rutheni nunquam Bohemi fuere,)omnia majora officia in hoc territorio sibi retinere. - In primis duobus statibus simul et corruptio officialis introducta fuit; jus et veritas in officiis generatim,pecunia venundabatur.(Imprimis in Rumania verificabatur dictum: Homo januas officiorum pede debet aperire, cum manus ejus donis debent plene esse.)- In Hungaria talis corruptio tum ante, tum post bellum primum ignotum quid fuit.

Maxime elucet damnum Hungariae, si dilacerationem territorialem regni sui millenaris proportionate ad USA, Angliam et Galliam applicamus: Hungaria a. 1919. perdidit territorii sui 71.52% et populationis suae 63.59%. Hoc idem esset, ac si USA simul cum 90.126.000 Yankee-s 6880022 Km./2 perderent; Angliae 172963 Km./2 territorium cum 30.032281 Anglis, Galliae vero 383400 Km/2 cum 26.676000 habitatoribus raperentur. Proportionata damna, imprimis oeconomica, ex datis superioribus quisque faciliter calculo determinare posset.Hae tres chartae hoc vellent ad oculos monstrare:



Si pro nova reorganisatione mundi et Europae acceptaretur superius principium(in se justum) de spatio vitali numero habitantium proportionato, tunc pro suo numero Hungaris saltem bis majus territorium conveniret e communi possessione generis humani, quam est regnum historicum S.Stephani. Proportionate nempe ad numerum hominum et ad extensionem superficiali terrae, circ. pro 16-18 millionibus hominum conveniret territorium 100000 Km./2.- Hungari vero in universo mundo(simul cum emigratis dispersis) sunt circ. 13 mill. Inde eis a bono communi hominum circ. 70000 Km./2 convenirent. Hoc facillime ita evenire posset, si omnibus nationibus non-slavicis in Europae meridione orientali atque ubi territorium compactum proportionatum assignaretur, quod ipsi inter se dividant.(Sive in Africa Centrali, vel melius in America Meridionali.)-



Herzogtum Mecklenburg
Auch bis in mecklenb.